homo ad mortis reminiscentiā: cum dicit. memor esto. Ubi aduertendū est q̄ prudēs homo q̄ habet ire ad aliam patriam primo habet in memoria et in consideratione sua terminus vie sue: deinde attēdit an habeat tempꝰ multū vel parū quantū sufficiat ad faciendū viam suam vt expedit. Et si videt se habere tēpus modicum: magis festinat se expedire de his que p̄tinent ad iter suum. Nos aūt oportet ire ad aliaz patriā: q: non habem⁹ hic manentē ciuitatē sed futuram inquirimus. vt dicit aplūs Hebre. xiij. Et ideo finaliter oportebit nos oīa hic relinquere et nihil aliportare poterim⁹: sicut ille q̄ exit de hospitio alieno: relinquit hospiti q̄ sua sunt: et que in hospitio inuenit quando intrauit. Nos autem nihil intulimus in hūc mundū: nec dubiū q: nec auferre quid possumus. vt dr. j. Timo. vj. Debemus ergo primo habere in memoria terminuz vie. i. terminum vite nostre qui est ipsa mors et attendere q̄ ad debite faciendum iter nostrum: tempus valde breue est. Quia sic habemus facere viā istam vt in termino eius scz eternam vitam ⁊ requiem: ad qō est necessarium q̄ bene operemur et bene viuamus. Unde. Augu. dicit q̄ ad hoc prodest homini bene viuere vt detur ei semper viuere. Et ideo ex quo hoc tempus qō habemus breue est. i. in quo possumus bene viuere et bene operari: debemus multum festinare et sollicitari. vt dum tempus habemus operemur bonum. Gal. vj. Et sic habemus duo. Primū est q̄ debemus festinare ad bene operandaz ꝓpter temporis breuitatez. Secundū est q̄ debemus habere i memoria finem vite nostre. i. mortem. Et de istis duobus dicitur Eccli. xxxvj. Festina tempꝰ et memento finis. B In quibus quidem verbis facit tria:

Primo inducit ad accelerationem operis: cum dicit. festina.

Secundo ad p̄occupationem temporis: vnde dicit. tēpus scz p̄ueniendo.

Tertio ad p̄uisionem mortis: cū dicit memento finis.

Quantū ad primū nos videm⁹ q̄ illi q̄ veniūt ad ciuitatē de sero tarda hora: festinant venire cito anteq̄ porta claudaf: ne remaneant foris et habeāt malū hospitiū. Sed nos sum⁹ in tarda hora dei: q: nouissima hora est: et ciuitas ad quam debem⁹ venire est celestis hierusalez: in qua est pax et beatitudo eterna: et porta per quā ingredi oportet peccatoris est diuina mia que aperitur peccatori per penitentiam. hec porta claudif in nocte. i. in morte per iusticiam q: postea non est tempus pnie vel misericordie. Un si volumus ingredi ciuitatē celestē opz nos ante mortez festinare ad penitentiā. Noz penitentia post mortē est cino inutilis: q: iam clausa est ianua celestis glorie ipsi pcōri sine penitētia decedēri. Sed penitētia in hora mortis est valde dubitabilis. Prio q̄dē: q: talis pnia nō videf voluntaria: cū in opa nra bona vel mala: ⁊ meritoria vel demeritoria sint inquātuz voluntaria sunt ꝑm Aug. Sz si q̄s ꝓponit penitere solū i morte: nō videf voluntarie penitere: q: si mors nūq̄ veniret nūq̄ peniteret. Et sic cū vellet mortē nūq̄ venire, nūq̄ vellet vere penitere. Et ideo si tunc tātuz peccā dimittit non videtur esse ex voluntate sed ex necessitate. Unde Augustinus dicit in libro de penitentia. q̄ si tunc tantuz peccare desinis quando iam amplius peccare non potes: peccata te dimiserunt; ⁊ non tu illa

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item quia illa penitentia est nimis impedita: Videmus enim q vna qualitas impedit ne alia sentiatur: sicut patet in saporibus. Cum enim gustus est infectus aliquo sapore amaro: non discernit alios saporeꝫ: qz omnia que gustat videntur sibi amara. Si militer in coloribus. Si pupilla oculi esset colorata aliquo determinato colore: non posset discernere inter alios colores: quia oia que videret viderent sibi esse illius coloris: sicut in vase vitreo colorato aliquo colore determinato: liquor q̃liber immissus videf esse illius coloris, ita q vinū albū videf rubeū in vase vitreo rubeo. Sed sicut vnus color vel sapor impedit aliū, ita et vna delectatio impedit aliā. s. delectatio sensibilis intellectualē. Propter qō 1. Joan. ij. Nolite nō nec appetere ea que sunt spūs dei. Et si militer dolor sensibilis impedit intellectualez: et tanto magis quāto intēsior est. sz ois dolor sensibilis superat a morte vel a dolore qui mortē inducit: dolor autē cōtritiōis qui est ē volūtate: idest in displicētia voluntatis debet esse maximus. Unde vt dicit Augst. Ois dolor in amore fundat: sed amor charitatis in quo fundatur dolor contritionis excedit oēs amores: ergo dolor contritionis debet excedere oēs dolores. Unde sm Augu. in lib. de penitētia. Culpabiliter est damnandus qui potest flere damna corporis vel amici: et nō potest flere dānu aīe de amissione dei. Non ergo potest hō simul ad tales duos dolores attendere. Et super hoc etiaz additur impedimentuz ppinquoruz circūstantiū et expectantius solā relicta temporalia: et frequenter molestantiuz et impedientiuz ne bene disponat que disponere debet p anima sua. Item talis penitentia ē nimis modica: qz nimis habet breue tempus. Cuz nos frequēter videam9 q malu facilius et breuiori tempore inducantur q̃ remoueant. Nam in modica hora dom9 succendit. sed nō in modica succensa extinguitur. In modico etiaz tēpore sanus infirmat: sed nō in modico infirmus sanatur: Minimā filum cito potest in multis neruibus innodari. nō tamen cito solui. Sic homo peccator: q toto tempore vite sue se innodauit vinculis petō et longo tēpore iacuit in peccatis: quomodo in tam modico spacio soluf et liberari credit: Propter hec eis hortat nos apls Heb. iij. dicēs. Festinemus ingredi in illaz requiē. Festinemus ergo ad penitentiam ante mortem ingredi idest vt ingrediamur per diuinaz misericordiam in illam requiem scz eternam. Nota q̃ quando aliquis est in loco nō tuto et est imunitus: et sentit contra se venire hostes suum fortiorem se: festinat exire de loco illo: et fugere ad tutiorem locum ne comprehendatur ab hoste et pereat. Locus autem non tutus est mundus vel statꝰ peccati. in quo homo stat semper in periculo: et nos est minutus armis spūalis gratie dei et virtutū: et hostis validior: videlicet diabolus vel mors venit vt comprehēdat eum et deducat ad carcerē inferni et ad mortez eternam Et ideo debz homo festinare et fugere ad penitētia: vt fugiat a statu peti antecq̃ mors supueniat: et fugere ad statum tutiorem scz gratie dei i quo saluef. ij. Reg. xv. habetur de dauid. qui existens in hierlim: et audiēs q̃ vniuersus israel sequebaf absalonez. ait seruis suis. Surgite et fugiamus: nō enim erit nobis effugiū a facie absalonis. Festinate egredi ne forte veniens occupet nos et impleat sup nos ruinā. Dauid ergo in hoc loco significat rationez et mentē hoīs: cui9 serui sunt mēbra corpis: vel vires aīe existenti in petō. Absalō aūt significat mortē quē oēs populus sequif. qz oēs vadūt post mortez: Quisq; enim citius alio pertingat ad eam. Qō cōsiderans dauid. idest rano hominis peccatoris: cōmonet oēs seruos suos. idest oīs potentias. dicens. Surgite scz a casu peccati per penitentiaz. fugiam9 scz peccatū: qz nō erit nobis effugium a facie absalōis. idest a morte. Festinate ergo exire scz a statu peccati per pniam: ne forte veniēs absalō. idest mors occupet nos ex improuiso: et impleat super nos ruinā scz eterne damnationis. Nam ruina peccatoris inchoatur in morte: sed implef in eterna damnatione. Secundo in auctoritate allegata ecclesiastici inducitur hō ad precupationez temporis. cū dicit. festina tēpus. i. ante tempus. scz mortis vel iudicii. Agricola enim si nō coleret nec seminaret terram suaz ante tempus messis. nō recolligeret fructum. Sic qui ante mortem nō colit agrum anime sue, et non mittit semina electosynarū et aliorum bonoꝝ operuz ex quibus nascunf fructus meritoz nō recolligit tēpore messis. idest mortis vel iudicij fructum mercedis eterne. Propter qō sollicitamur. Eccli. ij. Operamini opus vestrū āte tempus et recipietis mercedem vestram in tempore suo. Nota q̃ opera bona que facimus dñi sunt et nostra. Domini quidem per gratiā preueniētem: sed nostra quādo fiunt non ex coactione sed volūtarie ex nostra libera voluntate. Unde Gregz. Opera bona que facim9 et dei omnipotetis sunt et nostra. Dei per preuenientē gratiā: et nostra per subsequentem liberam voluntatē. Audit ergo ecclīastic9 dicere. Opamini non fitis ociosi: opus vestruz. i. voluntarie facite nō coacti: ante tēp9. s. mortis vel iudicij tūc enim nō erit tēpus operādi sed recipiēdi Eccli. xviij. Ante iudicium para iusticiam. Nunc ergo ante illud est tempus operandi Apls Gal. vj. Dū tēp9 habem9 operemur bonū. C Tertio in auctoritate pfata inducitur hō ad pulsionē mortis: cū dicitur. memēto finis. i. mortis. Aduerte differentiā inter bonos et malos: qz finis malorum est mors. Habēt enim finē coniunctū: finem ppinquū: et finē vltimū. Finis cōiunctus est mors culpe: finis propinquus est mors nature: sed finis vltim9 est mors gehenne. Unde Ro. vj. Finis illoꝝ scz peccatorum ē mors. Et ibidem. Stipēdia peccati mors: sed finis bonoꝝ nō dr esse mors sz vita: nō talis sed eterna. Et ad istū finē pueniunt per sanctificationē factoꝝ et etiā p fructuz idest p merita bonoꝝ operuz. Un talibus dicit apls Ro. vj. habetis fructum vestrum in sanctificationē: finez vo vitā eternā. Patet ergo q̃ est tripler finis de quo vult dicere sapiēs q̃ hō debeat habere memoriaz cum dicit, memento finis.

Primus est cōmunis bonis et malis. scz mors nature.

Secundus est propriꝰ tm malis: scilz mors gehenne.

Tertius cōperit tm bonis. s. gloria prie

De his dr Eccli. vij. Memorare nouissima tua: et in eternū non peccabis. Nouissimū vite presentis est mors nature: nouissimum anime peccatricis est mors gehēne: sed nouissimū bene morientis est gloria vite eterne: q si homo in memoria et in actu cōsiderationis haberet: in eternum nō peccaret: idest nunq̃ peccaret. D

Secūdo ostēditur i auctoritate principali illud qō maxime debet terrere hoiem scz mors. q est vite et nature inimica. Eccli. xxiij. Contra virum mors.

Nota quando aliquis crudelis miles ivit cum scutifero suo querendo inimicū suum: et inueniret eū in aliquo loco dormientem et inermē: tūc pro velle suo ipse et scutifer suu irruerent in eum et prenalerēt et occiderent si vellent. sed si talis ante habuisset oculos apertos et vigilasset et preuidisset eos venientes a remotis aut fugisset ad tutiorez locum: aut se armasset: et se preparasset. ita q̃ forte euasisset manus ipoꝝ. Miles iste diabolus est qui ex inuidia inimicaf hoīz et semper vadit querendo quomodo possit eū capere: et aīam eius spūaliter extinguere. Sed quasi scutifer diaboli cōtra hominem petōrem est mors: que scz preuenit ad occidendum corp9 et diabolus sequif ad rapiendū aīam. Propter qō dr Abachuc. iij. q̃ ante facez eius ibit mors. Egredief diabolus ante pedes eius etc. Et si miser petōr habet oculos mētis tūc clausos et dormitat in lecto peccati: tūc mors pualet cōtra corpus: et diabolus cōtra aīam rapiens eaz et ducēs eā secū in infernū. Sed si hō tunc vigilaret et haberet oculos apertos et illuminatos ad preuidendā mortem ante. et fugeret ad pniam. et preparet aīam suā et munireteā cū armis sacramentoꝝ scz penitentie et sacre communionis et extreme vnctionis et iuuaret se elemosynis et sctis oratiōnibus et fletib9. in pugna mortis cuaderet manus diaboli. et nō pualeret cōtra eū. Propf qō peterebat ps. ps. xij. a deo. Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiā in morte. neq̃ dicat inimicus meus pualui aduersus eum. E Jn quib9 verbis aduerte q̃ q̃rnoz petebat ab eo. contra quattuor modos male morientiū. Nam quidā sunt qui moriunf

Ut excecati.
Quidam vt soporati.
Quidam vt obstinati.
Quidam vt victi vel superati.

Moriuntur quidem vt excecati oēs qui moriuntur in cecitate infidelitatis. Unde apls. ij. Joan. iij. Deus huius seculi excecauit mētes infideliū. Isti sunt similes sansoni. qui cecus existens dixit. Moriatur aīa mea cū philistijm. Judicū. xvj. qz tales cuz moriūtur i corpe morte tēporali. moriunf etiā in aīa morte eternali. simul cum philistijm. i. cū spūs demonibus. Unde etiā in hora mortis diabolus christianos maxime tentat de fide. vel q̃ non sit alia vita et anima non remaneat post corpus. vel q̃ pen

Universidad de Deusto
Biblioteca

tentia nihil valeat: ꝛ de similibus. Subla
to ergo lumine fidei ab intellect⁹ oculo: fa
cilter vincit eos in pugna mortis: faciens
obstinatos ꝛ impenitentes. Et hoc figura
tum est. j. Regum. xj. in naas rege filiorum
amon: qui dixit viris iabes. In hoc feriam
vobiscum fedus vt eruam omnivestrū ocu
los dextros. Voc enī ex industria petiuit:
volēs eos facere inualidos ad pugnandū.
Unde cum homo portet scutum in sinistra
parte eleuando scutū in altum cōtra ictus
obturat oculus sinistrum. vnde si tunc care
ret oculo dextro neutro oculo videret: et
ideo se defendere non valeret. Quasi enim
lumen sinistri oculi est notitia naturalis
q̄ facilter obscuratur ꝛ impeditur ex ali
qua ignorantia vel fantasia: vel etiā infirmi
tate: vt ptz in freneticis. Sed quasi lumen
oculi dextri est lumē fidei: quo sublato nō
vtitur hō armis sacramētoꝝ: ꝛ tunc diabo
lus vincit aiam sicut vult. Un ꝑtra hoc pe
tebat p̄s. xix. Illumina oculos meos. scilz
mētis. lumine vere fidei. Sz nota q̄ sicut
oculi corpis excecantur q̄ndq̄ ex malitia cu
iusdā infirmitatis ex aliquo humore corru
pto defluēte i oculos: ita etiā oculi mentis
excecant ex malitia pcti. ꝑm illud Sap̄. ij.
Excecauit illos malitia eorum. que cecitas
maxime ꝓuenit ex amore corruptionis cu
piditatis vel etiaz carnalitatis filioꝝ ꝛ ne
potū: sicut ptz in vsurarijs: ꝛ in ditatis de
illicito lucro: q: etiā in morte nolūt cōfite
ri: vel sufficienk cauere de restitutione. Sz
excecati ſteri⁹ ex cupiditate vel amore car
nali filioꝝ ꝛ nepotū cadūt in baratrū eter
ne dānatiōis. Ut ergo oculi pctōis i mor
te illuminenk lumine gr̄e ꝛ nō morianſ ex
cecati. ops primo q̄ inunganſ ꝛ mūdentur
collyrio vere pnie ꝑm illū Apoc. iij. Collyrio
inunge oculos tuos vt videas. Et apls
Ephe. v. exurge a mortuis. i. apctis mor
talibus. ſ. p pniam: ꝛ illuminabit te xp̄us.
Quidā ho alij sunt q̄ moriunk vt soporati
scz sopore pcti. Et tales sunt q̄ moriunk in
pctō, impenitentes ꝛ desperati. Et isti sunt
similes ysaie: cui iahel infixit clauū p tem
p⁹ q̄ sopore mortis sociās defecti ꝛ mortuꝰ
est vt ōr Judicū. iiij. Sic diabolus hoī nō
vigilāti sed dormiēti in pctō: infigit clauū
obstinatiōis ꝛ desperationis: ista q̄ sopor
mortis corpalis vel pcti sociak pene mor
tis eterne. Et ideo contra hoc petit p̄s. xix.
Ne vnq̄ obdormiam in morte. Sicut dicit
glo. Ille obdormit in morte qui moritur in
aliquo crimine inuolutus. Et talis est qui
tempore mortis nō excitatur: nec conuerti
tur vt surgat p penitentiā a somno pecca
ti. Qō precipue ꝓuenire videt ex defectu
timoris. Nam frequēter cōtingit q̄ pctōr
iez grauiter infirmetur: tamen non credit
tunc mori: sed sperat euadere. Et medici ꝛ
alij amici iez dubitent: nolūt sibi dicere ve
ritatē: siue faciant hoc ex cupiditate siue ex
timore q: ergo nō credit mori: nō timet. et
ideo non curat facere pniam ꝛ ordinare fa
cta aīe sue. Et quo accidit q̄ nonnunq̄ oc
cupak a morte: ꝛ morik in pctō sopit⁹. hoc
figuratū est. ij. Reg. iiij. in ysboseth. ōr enī
ibi: q̄ rechab ꝛ banaa igressi sunt feruenti
die domum ysboseth: qui dormiebat super
stratus suū ꝛ ācilla ostiaria dom⁹ purgās
triticū obdormiuit. Cūq̄ ingressi fuissent
domū portiētes interfecerūt eū. ysboseth
dormiēs in lecto significat petōrē quiescē
tē ꝛ manentez in pctō: ad quem in feruore
diei. i. i feruore infirmitatis: intrāt ad vsu
rariū infirmū vel diuitem auarū rechab: q̄
interpretak teneri tudo. i. consanguine⁹ q̄
cūq̄ vel ꝓpinquus ad assistēdū ꝛ seruiēn
dū ei. vt ostēdat erga eū teneritudinē amo
ris: vt dimittat sibi de bonis suis ꝛ banaa
qui interpretak venit gratificatus: ꝛ signat
medicū cui⁹ medicatio ꝛ aduent⁹ est mul
tū grat⁹ infirmo. Sed isti videtes infirmū
aggrauari ꝛ nō indicādo sibi: nec pmitten
do aliq̄n q̄ ingrediank religioſi qui sollici
tēt eū de alia sua: tollūt ei timorē mortis: q̄
intelligitur per ancillā ostiariā purgantem
triticum. Nam timor mortis ꝛ pene voca
tur timor seruilis. Unde bene per ancillas
significak: qui tū timor ad penitētiā indu
cēdo purgat triticū. i. animū. qui si purgā
tus esset reponeret i horreo celi. Sed hec
ancilla bene obdormit quādo talis timor
in infimo morīēte nō cōsurgit. Et dicitur
ancilla ostiaria. q: talis timor in domū aīe
introducit amorē. sicut sera introducti filiā
in conū. vt dicit Aug. Et sic dū talis impe
nitens morik. ptz q̄ rechab ꝛ banaa. ſ. con
sanguinei seu domestici eius interfecerūt
eū quia inimici hoīs domestici eius. vt ōr
Michee. vij. Quidam ho alij sunt qui mo
riuntur imꝑparati: quia scz mors nō inue
nit eos ꝓparatos ad eundum ad iudiciū
dei ad rededam bonam rationem de vita
sua. Nā sicut dicitur Deu. ix. Statutus est

hominibus semel mori: post hoc autem iu
dicium. Et post mortem non est tempus
ꝓparādi se. Propter quod dicitur Eccli.
xvij. Ante iudicium para iustificiam. Unde
notanter dic. ne obdormiā in morte. Stul
tus esset qui iturus ad bellum differret pro
curare arma vsq̄ ad congressum belli. Sic
qui differūt vsq̄ pugnam ꝛ tempus mor
tis ꝓcurare arma penitētie. Unde Eccli.
xvij. Ante mortem cōfitere. Nam instante
mortem homo graui occupatus infirmitate
male potest confiteri: quia male potest re
cordari peccatoꝝ suorum et male proferre.
Et ideo subditur. Uinus ꝛ sanus confitebe
ris. Quidam ꝥo alij sunt qui monūtur vi
ci et superati a diabolo: ꝛ tūc diabol⁹ ma
time insultat: quia si in morte vincit et su
perat: nū q̄ postea perdere potest. Et ideo
dicit ps̄al. in auctoritate inducta. Ne quan
do dicat inimicus meus scz diabolus insul
tādo prevalui aduersus eū. Si q̄s vult q̄
diabolus in morte nō prevaleat aduersus
eum sed potius ipse prevaleat: ops q̄ bene
armet se omnibus armis penitentie. Hoc
figuratū est i dauid de quo ōr. ſ. Reg. xvij.
q̄ prevaluit dauid in philistheum in funda
ꝛ lapide in nomine dñi. Funda est peniten
tia: lapis est christus in sacramento assum
ptus. quinq̄ lapides in funda dauid fue
runt sicut patet ibidez: ꝛ sunt quinq̄ peni
tentie opera quib⁹ philistei. i. diaboli vir
tus enervatur scz contritio: confessio: resti
tutio: oratio: ꝛ elemosyna. ℣

Tertio in auctoritate

principali ostendit q̄ debem⁹ nos premu
nire ꝓpter mortis festinantiā: quia nō rar
dat. Qn̄ sunt duo veloces cursores quorū
vnus cōtinuevadit versus alium: etiam si
a principio multum distarent: non tamen
eorum concursus tardaretur: sic cito cōue
nirēt. Et isti duo cursores sunt vita ꝛ mors
et vnus continue ꝛ velocissime currit ꝓlus
alium. quia scz vita nostra velociter et con
tinue currit ad mortem: ꝛ mors continue
appropinquat cōtra vitam. Unde propter
continuū decursum vite versus mortez di
cebat Job. Dies mei velociores fuerunt
cursore. Job. ix. q̄a scz continue dies hoīs
currunt ad mortē comedendo: bibēdo: dor
miendo: vigilando: ꝛ quicquid aliud faciē
do q̄ cursor nō facit. Et sequitur ibidem
Pertransierunt quasi naues poma portan
tes de quibus nescitur ad quē portum per
ueniāt vel quando vel si euadent a pericu
lo mortis. Item sequitur ibidem. Et sicut
aquila volans ad escam: que licz velociter
volet. nescitur tamen si comprehendet q̄ sō
sequitur. Ita ꝛ nos nescimus si ad salutis
portum peruenient dies nostri: si a pericu
lis mundi siue anime euadent: et si deum
quez sequunk apprehendent. Itez mors ve
lociter ꝛ cōtinue contra vitam venit vt eaz
succidat. Unde iam securis mortis ad ra
dicem arboris posita est succidens hoīs vi
tam: et aliquādo succidit vsq̄ ad corticem
senectutis ꝛ tunc arbor concutitur: necdū
tamen timet ruinam. Seneca. Tenue in
teruallum quo mors a vita diuiditur vix
est vnius digiti scz aduersus vitam cordis
aut corpis cuius domum suffodit. Unde
de die mortis potest dici illud Abachuc. ij.
Veniens veniet ꝛ non tardabit. Si ergo
tali die de congressu mortis contra vitam
homo vult esse in certo vt animam saltem
non perdat: non debet modo tardare con
uersionem penitentie. ꝑmillud Ecclesiasti
ci. v. Ne tardes converti ad dominum: et
ne differas de die in diem. Subito enī ve
niet ira illius. ꝛ in tēpore vindicte disper
det te. Quomodo enī homini impenitenti
ira dei et vindicta subito ex insperato ve
niat et eū disperdat. patet per multa exem
pla sacre scripture. Nam Pharao et egyptij
diu credebant viuere ꝛ israelitico populo
dñari: et tamen in mari rubro subito sunt
submersi. Exo. xiiij. Dathan ꝛ abyron sum
mo sacerdotio diu gaudere crediderunt: et
subito sunt absorpti. Numeri. xvj. Sodo
mite crediderunt diu viuere i fecibus suis
et subito sunt extincti et succensi. Genesis
xix. Sennacherib cum assyrijs obtinere et
possidere hierusalem crediderunt. et tamē
eorum centum octogintaquinq̄ milia ab
angelo sunt incinerati. iiij. Regum. xix.
Dolofernes et Babylonij crediderunt sibi
ꝛ domino suo mundum subiugare: et subi
to a femina sunt devicti. Judith. xiij. Amā
cum suis longum honorem et dignitatem
possidere credentes: et de suspendio ad
uersarioꝝ gaudere: ꝛ subito sunt cruci af
fixi. honore eorum ad inimicos translato
Hester. viij. Similiter filij iambri creden
tes nuptias cum maxima ambitione cele
brare: subito accisi sunt. ſ. Machab. ix. Et
habek ibidē de subdita percussiōe alchimi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Jtē.ij. Macha.iij. de subitanea percussione antiochi. Et Act.v. habet de saphira et anania: qui cum retenta pecunia agri diu vinere crediderāt et subito increpati a petro mortui sunt. Et propterea ō: Eccli.viij. Memēto ire. i. vindicte: quoniā nō tardabit. Et si aliqñ tardare videat deus contra aliquos vindictā vel irā suā: totuz redit in iudiciū coz: qz ex hoc accipiētes audaciā amplius peccādi: et diutius ad penitentiā expectati: accipient maius iudicium: et pessimus dicit. qp lento gradu ad vindictam sui diuina pcedit ira. raritatēqz supplicij pene grauitate cōpensat. Ro.ij. Scōm duriciaz tuaz et ipenitētes cor thesaurizas tibi iram in die ire et revelationis iusti iudicij dei: sed si redeat, cito ad penitentiā: effugit iram. recuperat gratiam: et tādem consequitur eternam gloriam. Ad quam nos perducat patris misericordiaruz filius tc.

¶ De memoria mortis habenda continue. Sermo.viij.

Mosbus operibz tuis memorare nouissima tua: et in eternū nō peccabis. Eccli. vij.

Bñs dionysij dicit. iiij. de diuinis nois qp nullus intēdēs ad malā operaf. Cuz quidem nō esse pōt. qm nullus quisqz mouef ad operandū nisi intētione alicuius finis quem appetit: sicut mercator ex appetitu lucri: et bellator ex appetitu victorie. Maluz aūt vt malum non est appetibile: immo repugnat appetitui: sicut ecōtrario bonum est appetitui cōsonū et cōueniens ei. Et ideo vt dicit philosophus. antiq bene ensiciauerūt dicentes. Bonū est qō oia appetūt: nullus ergo mouef ad opandū nisi inquātū ex sua opatiōe intēdit cōsequi aliqd bonū qō est appetibile sibi. als si ptrariū crederet sequi. s. malum illi bono oppositum non operaref: sicut mercator nō negociaret: si crederet inde nō lucrum sed damnū reportare. Ex quo etiaz apparet qp sicut apprehensio boni finis mouet ad opandum: ita apphēsio finis mali retrahit ab opatiōe. Naz latro qui tentaf de aliquo furto faciendo: si apprehēderet in cogitatu suo: qp in illo furto deberet cōprehendi et suspendi. abstineret pculdubio ab illo furto. Sic ergo in oi ope suo si quis haberet in memoria et cōsideratiōe sua mala maxima et nouissima que sequūf ex peccatis: sicut sua amissio eterne glie: et reaz pene eterne. et etiaz mors corpalis: q nō solū ex pcō secuta est. Sm illud apli Ro.vj. Stipēdia pcī mors: sz etiā facē pcm irremediabile. et gloriā etnaz irrecupabilē: et pena gehēne reddit interminabilē: qz hoc ē hoīb mors qō angelis casus. put dicit Damascen. Duriū nullū est qp ratio in ope suo nunqz pecare vellet siue facere pcm mortale per qō talia dāna et mala se crederet incurrurum Et istud est qō sapiens i vero pposito ostēdit: dicēs. In oibus operib tuis memorare nouissima tua tc. Ā In quib quidē ḡbis intēdit nos inducere pcipue ad tria.

Primo quidez ad agēdoz directionem: cum dicit. in oibus operibus tuis.

Secūdo ad vltimoz cōsiderationē cū subdit. memoz are nouissima tua.

Tertio ad maloz euitationē: cū addit. et in eternum non peccabis.

Circa primū attendendū est. qp sicut ille q trahit arcū vt iaciat sagittā ad signū. si vult recte sagitare opz qp in oī actu respiciat ad signum. Sic q vult opa sua dirigere et recte opari opz qp in oī ope suo respiciat finem. Sm illud metriste. Quicqd agis prudenter agas et respice finē. Vñ qi fides ostendit finalē finē ad quē tota vita nostra et oia opera nostra debēt ordinari sicut ē beatitudo eterna. ideo sine fide opa nra nō sunt recte facta. Vñ iustus et fideli viro cōpetit illō ps. xxxij. Oia opa ei⁹ i fide. Nec em duo sic connexa sunt. s. fides et opa vt vnū sine altero nō valeat. vñ et opa debēt fieri i fide. et fides sine opib mortua est. Est etiā aduertēdū qp qñ aliqs hz facere multa et magna negocia et hz multa dicuz de ipe. si est prudens nō pigritat. sed velociter et sollicite expedit quodlibet opus suū. Nos habem multa et magna facere nā habem facere opa quibus destruamus mala q cōmissimus. et opa quib recōpensemus bona que omisim. et opa quib redimamus supplicia q metuim et opa quib recupem pmia eterna q amisim. et habemus ad oia brevissimū vite tps. et ideo nō est pigritandū. sz velocit et sollicite q̄libet opus nim expediendū. Et ideo bñ ō: Eccli. xxxj. In ob opib tuis esto velox. Ā In qb qdez ḡbis tria pcipue debem attendere

Primo exercitij generalitatem: quia in omnibus operibus.

Secōo meriti proprietatem: qz tuis.

Tertio opandi celeritatē: qz esto velox.

Circa primū aduertendū est qp quedam cōditiones sunt q i opib nostris generalr requirunf ad hoc vt bene et cōplete fiant. Nā primo debemus attendere vt operemur gratiter. Et tunc gratāter opamur cum ex charitate opamur: qz hec est que facit opa nostra esse grata et accepta deo. Et rō est: quia opa que fiūt ex charitate fiūt ad gloriā dei. Sm illud. i. Cor. xv. Oia in gloz dei facite. Unde etiā hoībus tāto magis que pro eis facim grata sunt: quāto magis ex amore fiūt. Arbor que multum abūdat in fructu bono est multū accepta dño. Et sīr est accepta deo qui abūdat in bonis operibus. Et istud facit charitas: quia nunqz est amor dei ocios. ij. Cor. ix. Abundetis in omne opus bonū. Abūdantia bruoſi hoīs et caloris: facit hoīez in bonis fructib abūdare. Et sic abūdantia devotionis et amoris spūalis. i. charitatis facit hoīem abundare in bonis opib. Propterea monebat apls Philip. j. Charitas vra magis ac magis abūdet. Magis scz ad deū in opib cōtēplatiue: et magis ad pximū in opib actiue scz in opib mie. Item debem attēdere vt operemur stabiliter. Requirit em stabilitas nō solū ex parte operis vt fiat op firmū et stabile. sicut est qō fit in alia nō in corpore corruptibili. et qō fit p deo non p mūdo defluēte. sicut faciūt petōres hypocrite. Et ideo ō: Prouer. xj. qp impi facit opus instabile. Sed etiā requirit stabilitas ex pte operis. vt sit firm in bene operando. sine in bono ope. Et ad hāc firmitatem et stabilitatē sunt necessaria tria. Primū est Pstātia vt nō retrahaf ab opib difficultate. Eccli. vij. Ne oderis laboriosa opa. Jtē patiētia vt nō retrahaf aduersitate q: multa sunt aduersaria bñ opanti ꝛ q requirit patiētia. Et ideo ō: Jac. j. qp patiētia opus pfectū hz. qz nō dimittit op ppf aduersarios. quousqz perficiaf. Jtē requirit perseuerātia vt nō attendatur nec remittatur ex operis plicitate. Vñ aplus. j. Cor. xv. Scitis fmobiles in oi opere. Ē Item debemus in operib nostris attendere vt operemur vtiliter. non solū pro nobis. sed etiam pro alijs. Unde Augustinus in regula. Oia opera vestra in vnum fiant motio: studio tc. Charitas em de qua scriptū est qp nō querit que sua sunt tc. vsqz anteponit. Et ideo dicitur Coloc. j. In omni opere bono fructificātes scz nō solū nobis sed etiā alijs. Nobis per meritū: alijs per auxiliū: vel saltem per exemplū: sicut apes nō solū pro se sed etiā p alijs mellificāt. Unde cū Virgilius in laudē Augusti hos duos versiculos publice scripsisset. cū tamē Nocte plurima tota redeūt spectacula mane. Divisum imperiū cū ioue cesar hz. Augustus fuisset magnū premiū auctori cōferri: sed cum virgilius statim nō cōperet petens premiū suū quidam versificator vēdicauit sibi honorē et premia. Qō postea intelligens virgilius scripsit in eodē loco et eadem scriptura quater. Sic vos non vobis: sed cū ille qui premia sibi abstulerat negz cōplere negz exponere posset: veni virgilius et scripsit in capite hūc versum. Boues ego fecios feci: tulit alter honores. Et cōpleuit sic qō prius scripserat. Sic vos nō vobis fertis aratra boues. Sic vos nō vobis vellera fertis oues. Sic vos nō vobis nidificatis aues. Sic vos nō vobis mellificatis apes. Per boues itelligunf actiui: q laborāt p alijs in elemosynis corpalib. Per oues intelligunf mānsuetī corde. Per aues itelligunf cōtēplatiui q in nido mētis nutriūt cōceptus suos pro alijs suuādo eos fetis suis ōnibus. Et apes sunt doctores pīti q alijs mella cōponūt. i. doctrinas dulcisonas. Prouer. xvj. Fauus mellis verba cōposita. Cant. iiij. Mel et lac sub lingua tua. Mel p pfectz. Lac p pueris. Sed ecōtra de petōrib ō: Sap. iij. Inutilia opa eoz. Jtē debem attendere vt operemur prudenter: sed nō operamur opera alicuius artis: si nō simus instructi i arte. Et sic qui nō est instructus ad bene opandū impūdēter operaf. Instruimur autem ad bene opandū er documētis scripturaz er cōsilijs peritoz: et exemplis pfectoz vitaz: et ex ipa frequētatione et consuetudine bonaz opationū. Unde apls. ij. ad Tim. iij. Ad oīe opus bonū instructus. Secōo agitur in auctoritate inducta de meriti pprietate: cū ō: tuis. Opa em bona que facis possunt esse tua et non tua sed aliena. Nam si facis ea non ad honorē dei vel ad edificationem pximi: sed solum pro laude hoīm et gloria ppria prosunt quidē alijs ad auxilium: sicut elemosyna prodest pau

Universidad de Deusto
Biblioteca

peri. vel ad exēplū sicut abstinētia: vel ofo ab ostentante se hoīb⁹. Et sicut ōr de hypocritis q̄ ofa opa sua facīūt vt videant ab hoīb⁹: ⁊ cū op⁹ hmōi tibi facīēti ad meritū nihil ꝓdest. Et ideo potī⁹ dz dici opus alienū q̄ tuū. ꝑm illud Esa. xxvij. Alienū est opus ei⁹ ab eo. Et rō est: q⁹ talis opa hypocritarū vacua sunt a mercede. Ūñ sunt sīlia ḡbusdā pomis q̄ extra videt pulchra ⁊ int⁹ sunt vacua fine humore ⁊ sapore. et ideo nihil valēt ad esu⁹. Sic nec talia opa valēt ad meritū. Apo. iij. Nō inuenio opa tua plena coꝝ deo. Notādū etiā q⁹ opa q̄ fiunt ab hoīe existēte in pctō mortali etiā nō ꝓsunt ei ad meritū vite eterne: ls valere possint ad quedā alia bona: q⁹ caret talis charitate: q̄ ē radix merēdi. Propterea dicit Greg. q⁹ nihil hȝ virtutis ram⁹ boni opis si nō mālent in radice charitatis. vñ solum in charitate existēti ōr Eccl'o. ix. Vade et comede i leticia panē tuū: ⁊ bibe cū gaudio vinū tuū: q⁹ placent deo opera tua. vñ talis pōt viuere lei⁹ ⁊ secur⁹. Sed pctōr nō est dignus pane quo vescīt vt dicit Augustin⁹. ℰ Tertio agit in auctoritate inducta de opandi celeritate: cū dicit esto velox. Multū em̄ placet regi vel dño seruus q̄ velociter adimplet mādata ⁊ opa sua: ⁊ nō est piger ⁊ negligēs: sed velox in suītio suo: ⁊ sic etiā ē de deo. Prouer. xxij. Vidisti virū velocē in ope suo: coꝝ regib⁹ stabit: ⁊ nō erit ante ignobiles. Et potest exponi. Vidisti virū velocē. i. strenuū ⁊ solicitum: nihil de cōtingentib⁹ omittentem coꝝ regib⁹. i. aplis stabit in die iudicij: q⁹ eoꝝ iussa strenue adimpleuit: nec erit ante ignobiles. i. nō erit in sinistra cū ignobilib⁹ ⁊ reprobis. Dec est ergo velocitas strenuitatis q̄ bona est. Sȝ est alia velocitas temeritatis que male ē. ij. Reg. ij. Azahel cursu velocissimus fuit quasi vnus ex capreis q̄ morantur in siluis. ℱ

Secūdo in auctorita

te principali inducimur ad vltimoꝝ ꝓsidē rationē: cū ōr. Memorare nouissima tua. Ubi aduertendum.

Nō est nouissimum persone: et hoc est hora mortis.

Est nouissimuȝ culpe: ⁊ hoc est pena infernalis.

Est nouissimū nature: ⁊ hoc mādi finis quia iste cursuȝ nature ꝛūc terminabitur

Est nouissimum gratie: ⁊ hoc est gloria eterne beatitudinis.

De oībus em̄ istis nouissimis ōr Deut. xxxij. Utinam saperent ⁊ intelligerent: ac nouissima prouiderēt. Nō sic exponi posset. Utinam saperēt scz premia eterne beatitudinis: ⁊ intelligerent scz supplicia eterne dānationis: ac nouissima prouiderent scz fines sui ⁊ finem mūdi precipue quoad iudiciuȝ futurū. Debemus ergo primo sapere premia superne beatitudinis. Si q̄s em̄ iret ad arboreȝ vt reficeretur de fructibus eius: poma putrida ⁊ verminosa que inueniret cecidisse sup terrā nō colligere nec comederet: sed ad fructus q̄ essent i alto sup arboꝛē solidos ⁊ sapidos respiceret ⁊ de eis refici ⁊ satiari procuraret. Zanch alta arbor est mūdus: in cui⁹ supremo. i. in celo sunt fruct⁹ solidi q̄ nunq̄ marcescunt scz eterna bona. Itē fructi⁹ sapidi q̄ nunq̄ fastidiūt scz delectabilia gaudia. Itē fructus copiosi q̄ nunq̄ deficiūt scz appetibilia oīa. Itē fructi⁹ refectiui q̄ semp reficiūt q⁹ semp illa glia satiat appetitū. ꝑm illud ps. xvj. Satiabor: cū apparuerit glia tua. Sed inferi⁹ sup terrā sunt q̄si poma putrida potī⁹ relinquēda bestijs q̄ hoīb⁹ assumēda. i. bona corruptibilia et deficiētia sicut bona tpalia. Bene ergo nos ammonet apls Col. iij. dicēs. Que iursum sunt sapite: non que super terram. S Scdo debemus intelligere supplicia eterne dānationis: q̄ scz crudelissima erūt: ⁊ er oī pte instabūt cōtra miros dānatos. Nā instabūt eis supplicia a parte superiori: q⁹ videbūt se excluſos ab eterna felicitate: a sctōr⁹ societate: ⁊ a celesti loci sublimitate: ⁊ ab amenitate: ⁊ claritate: ⁊ erūt etiā derelicti totaliter a dīoꝝ pietate: q⁹ non cōpatient eis: imo cōgaudētes diuine iusticie letabūtur de eoꝝ penis: q⁹ lerabit iust⁹ cū viderit vindictā ps. lvij. Itē instabūt eis supplicia a pte inferiori. scz ab ignis calore ardētissimo: ⁊ a frigore terre intēsissimo. Propt q̄ ōr. Job. xxiij. Trāsibūt ab aq̄s niuiū ad calorē nimiū. Itē q⁹ videbūt se inclusos ⁊ incarceratos ꝑpetuo ī infimo ⁊ vilissimo loco: q⁹ introibūt i inferiora terre: ⁊ tradent in manꝰ gladij. i. effectū ⁊ executionē diuine iusticie: ⁊ presumpiū erunt. i. demonū qui fraudulēter deceperūt eos in mūdo. vnde erūt socij ⁊ tortores eoꝝ i inferno. Itē instabūt eis supplicia a pte post: q⁹ post iudicium ꝑsens a⁹ expectabunt diuinuȝ iudicium. i. resurrectionē corpoꝝ vt etiam cruciētur in eo. Item quia post sententiā damnationis nō expectabūr postea aliq̄ remediū in eternum. Itē instabūt eis supplicia a parte ante: q⁹ videbūt ante se horribiles fantasias demonū. Itez vnus alīū sicut pater filiū: ⁊ econuerso: ⁊ amicus amicuȝ: ⁊ pctōr videbit aīa se pctōr em vel peccatricē cū qua peccauit: ⁊ maledicēt sibijn uicem imponēdo vnus alteri causam dānationis sue. Uel affligētur ab interiori: q⁹ videbūr se i eternū priuatos oīb⁹ diuitijs ⁊ honorib⁹ ⁊ delectationib⁹ que ante consueuerūt habere q̄ erāt i mūdo: ⁊ memorie ⁊ desideria mala taliū que adhuc remanserūt in aīa cruciabunt eos. Itē instabunt eis supplicia ab interiori: q⁹ bene cognoscēt ⁊ itelligēt oīa mala sua: ⁊ malā cognitū ⁊ apprehēsuȝ magis affligit. Itē habebūt inferius vermes ȝtinue corrodētes. i. remorsus peccatoꝝ ꝓpter que tantam penā patiunt. vñ vermis eoꝝ non morietur Esa. lxvj. Itē erūt in eis vitia que aīas cruciant. scz odiū cōtra deū qui tanta pena eos affligit. vñ blasphemabūt eū pre doloꝛib⁹ suis. Itē inuidia maxima de glia beatoꝝ quā ante diē iudicij saltez in gnali cognoscūt. scz q⁹ sunt i magna felicitate: q̄ius nō cognoscāt in particulari que glia sit huius vel illius. Sed post diē iudicij tollet impius ne videat gloriā dei. Et hoc ipm reputabūt sibi ad opprobriū ⁊ er eo cruciabūtur. Itē est in eis ira maxia ⁊ ȝ deū ⁊ cōtra seipsos. Item instabūt eis supplicia a pte exteriori: q⁹ videbūt se oīb⁹ bonis mūdi esse ꝑuatos: er ab oī creaturȝ derelictos in eternuȝ. Sed miseri pctōres hoc non intelligunt: q⁹ nō cogitāt nec ꝓsiderāt hec sȝ continue rēdunt ad ea. Nō figuratū est in filijs beniamin. de quib⁹ ōr. Judicū. xx. q⁹ nō intellexerunt q⁹ ex omni parte instaret eis inten⁹. scz eterne dānationis. ꝑs. lxxxj. Nescierūt nec̄ intellexerūt in tenebris ambulant. Et quidā ercecati a diabolo non intelligūt. q⁹ nō credūt hic: sed tūc intellige re cogent q̄n illa reperierūt. Ūñ dicitur eis Piere. xxx. In nouissimo dierum intelligetis ea. Et tūc etiaȝ accidit eis q̄ ōr. Piere. xx. Confundent vehemēter. q⁹ nō intellexerūt opprobriū sempiternuȝ q̄ nunq̄ delebitur. Sed intelligenduȝ q⁹ dānati minus afflīguntur q⁹ meruerint, q⁹ ex diuina mia afflīguntur citra cōdignuȝ. ꝑm illō Job. xl. Utinā deꝰ loqueretur tecum ⁊ aperiret labia sua tibi: vt ostēderet tibi secreta sapientie: ⁊ q⁹ multiplex esset lex eius. Et intelligeres q⁹ multo minora exigarīs ab eo q̄ mereatur iniquitas tua. Tertio ostenditur in auctoritate inducta q⁹ debemus ꝓsidere nouissima. i. finem nostri et finem mūdi. Finis vite nre presentis est mors: in qua fit particulare iudicium dei de hoīe. in fine autem mūdi fiet de oībus. in vtroq̄ autem erit idem iudex. Sed q̄s aliq̄s debet vocari ad iudiciū et sentit iudices inimicū sibi ⁊ iratū propter offensas sibi factas abipo: anteq̄ vadat debet sibi ꝓsidere quō euȝ placet. ita q⁹ inimicitias auferat. Sȝ iudex iste xp̄s est tante pietatis q⁹ parcit homini si solū penitеat ⁊ emēdet culpā suā ⁊ desinat inimicari sibi abstinendo a pctis. ⁊ ideo ōr Eccl'i. xxviij. Memēto nouissimoꝝ ⁊ desine inimicari. Et dic. Memēto nouissimoꝝ: q⁹ tā mortȝ q̄ iudicij memoria ē valde vtilis. Si q̄dē memoria mortȝ valet ad vitādū culpam. Animal enim cum cauda que vltimuȝ corpis ē abijcit muscas. Et sic hō cum mortis memoria fugat peccata. Et facit vitare pcipue tria pcā. Primo auaritiam. q⁹ facile cōtemnit oīa qui semp cogitat se esse morituꝝ. put Piero. Dicit. Itē superbiā. pauo respicīēdo pedes in quib⁹ est finis sui corpoꝛis quos hȝ turpes deponit caudā. quia hō cōsiderādo mortē deponit superbiā. Itē carnis cōcupiscētiā. Gregoꝛ⁹. Nihil rārā valet ad edomāda carnis desideria sicut cōsiderare qualis sit futura post mortē. Itē mouet ad penitētiā. Augustin⁹. Multos video penitere timore mortis sicut pater in ezechia. Esa. xxxviij. Item illuminat ad scientiā. Ūñ plato ait q⁹ summa philosophia ē mortis meditatio. facit em̄ hoīes venire ad cognitionē sui. vt itelligant se esse animal non solum rōnale, sed etiā mortale. Itē ad cognitionez dei. sicut Antioch⁹ dixit. Justū est subditū esse deo ⁊ mortalē nō parīa deo sentire. ij. Machab. ix. Memoria etiā ⁊ ꝓsideratio vltimi iudicij multū valet ad corrigendum ⁊ dirigendū, vitā suam vt non confundatur postea hō de ipsa coram deo ⁊ toto mūdo. ⁊ non erit locus emende. Eccl'i. xxviij. Memento nouissimoꝝ. ⁊ noli obliuisci. Nec̄ em̄ est cōuersio scilz penitētie post mortem vel post diem iudicij. ⁊ huic nihil proderit

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia ctiaz si penitereo rone pene nihil pro desse tibi. Et subdit. Et ecipm pessimabis ez in iudicio. quia tūc recipietis vindictaz non solū i aia. sed etiā in corpore. Et sequit Memor esto iudicij.

Tertio in auctoritate

principali intendit nos inducere sapiens ad maloꝝ cuitationem. cuz dicit. in eternum non peccabis. i. nunqz peccabis. Vbi notandū qz illi qui habent custodire terraz ab hostibus multum vigilant ad custodiaz ne hostes ingrediantur t capiant terrā. Vostes autem anime sunt peccata. vnde multū debet vigilare iust⁹ ad custodiaz aie sue. ne petā ingrediant t occupēt eā. Ūñ ōr. ſ. Corin. xv. Vigilate iusti et nolite peccare. Jn quibus quidem verbis inducit ad tria

Primo ad diligentiam custodie: cum dicit. vigilate.

Scōo ad obpūnātiā iusticie: cū dic. iusti.

Tertio ad fugam malitie: cum addit. nolite peccare.

Dicit ergo primo vigilate ez cōtra diaboli astutiā. sicut vigilant speculatores in castris contra hostiū insidias. ſ. Petri. xv. Vigilate. quia aduersarius vester diabol⁹ tanqz leo ꝛc. Jtē vigilate cōtra mūdi auaritiā: sicut vigilat faber de nocte ꝓtra colorē diei. Color enī dici ardor: ē auaritie mundi: ꝓtra quē debem⁹ vigilare. Eccli. xxxvij. Vigilia stua mundabit stomacē. i. ardorem auaritie. Jtē debet vigilari contra carnis lasciuiā: sicut vigilatur super infirmum ne aliqō nocumentū ei accidat. Sic debem⁹ vigilare ad custodiam carnis infirme: ne fiat aie aliqō nocumētū. Actor. xxvj. Vigilate t orate ne intretis i tētationē. Spūs quidem prōptus est: caro autem infirma. Scōo inducit ad obseruantiam iusticie: in eo qō dicit iusti. Nam videm⁹ cōiter qz artifex denoiat ab vsu t ope artis sue: sicut illi qui faciunt calceos dicūtur calcifices: t illi qui scribūt libros vocant scriptores Simile est de virtutib⁹: qz ille q frequēter facit opera charitatis dicit charitatiuus. t qui mlta facit abstinētias ōr abstinēs. Et eodē modo q facit opa iusticie ōr iust⁹. Unde. ſ. Job. in. Qui facit iusticiaz iustus est. Dicit tamen philosophus in ethicis qz iusticia ōr dupl⁹. Uno mō prout est virtus particularis ordinās. ſ. hoies vt recte t debite se habeāt vn⁹ ad alterū i opib⁹ suis. t negocijs q hñt facere adinuicez. Alio mō iusticia ē ōt⁹ gñalis ertēdēs se ad oēz ōtutē iquātū act⁹ oim ōtutū ordinat ad bonū cōe. Et ideo pbo dic. i. v. Ethi. qz iusticia ē oio ōt⁹ t ab hac gñali iusticia ōtuosi t boni noiant iust⁹. Et q: nos videm⁹ qz cuilibz est delectabile opatio q ꝓuenit sibi sm ꝓpriū habitū: ideo sicut hō ꝓnus delectat i opib⁹ ꝓnuis. ita hō iust⁹ delectat in opib⁹ iustis. Et ideo pbo dicit i. v. Ethi. qz nō est iust⁹ q nō gaudet iustis opib⁹. Et ꝓptereo gñalr loquēdo illi dicunt iusti q ꝓpte t gaudēter faciūt opa bona t ōtuosa: q aūt cū negligētia t tristicia faciunt aliq bona nō est signū qz sint iusti. Ūñ Prosper. Gaudiū est iusto facere iudiciū. i. iusticiā. Tertio in auctre inducta iducit apls ad fugā malitie. i. petī: cuz dicit. nolite peccare: Ubi notādū qz alia medicinā dat medic⁹ egrotāti: t alia cōualescēti. Et sic aliud re⁹ medijū dari ds pctōi t aliud iā penitenti. Egrotāti dat medicus medicinas digestiuas siue alteratiuas t expulsiuas. Et talis sunt pctōi medicine pnie. Nā qsi medicina alteratiua vel digestiua q parat humorē ad expulsionē est ulterior ꝓtritio q ꝓpat ad ꝓfessionē: sz qsi expulsiua est ipa ꝓfessio Sed ei q iā er infirmitate cōualuit dat medicinā cōfortatiuā siue restauratiuam. Et istud ptinet ad satisfactionē p qnā repat t restaurat qō ē er pctō depditū. Et forti⁹ cas etiā penitēs ꝫ tētatōes: vt per ieiunij elemosynā t oronē q sūt opa satisfactionis Jtē ei q qualuit ꝓcipue cōsulit medicus qz adhuc caueat sibi ab his q possent iducere recidiuāseu recidiuationē. Et hoc ꝓcipue consulendū est penitēti. ne. ſ. recidiuādo i pctō fiat nouissima eius peiora ꝓnib⁹. Et sic ptz qz pctōi cōpetit remediū pnie. p qō. ſ. purgat a ꝓteritis. sz penitēti necessaria ē cautela vt pseruet se a futuris. Et de istis duob⁹ ōr i ps. iij. Jrascimini t nolite peccare. Jrascimini. ſ. p pnias. i. ꝓturbemini ō pctō ꝓterito. t nolite peccare amplius deceteto Et in ꝓbis istis duo breuiter facit. Qr primo dat medicinā expulsiuaz q ē pnia. cuz dicit irascimini. ſ. ꝫ pctā vra. Scōo ꝓponit directā pseruatiuā: cū additur. nolite peccare.

Circa ꝓmū attende qz ira ꝓprie assimilatur pnie. qz hō penitens ad modum irati debet dolere. t seruere intus in cōtritione. et prorūpere in ōba exteriora p ꝓfessionē et vindicare se manu per opus satisfactionē

Et tūc posset dicere illud Jone. iij. Ūñ ira scor ego vsqz ad mortē. ſ. vsqz ad petī mortificationē. Scōo inducit ad petī abstinētiā: cū subdit. nolite peccare. Consuevit dicit qz recidiuū infirmitatis pl⁹ nocet t piculos⁹ est qz fuerit ꝓia infirmitas: qz iuenit naturā magis debilitatā er pugna ꝓtedētis ifirmitatis. Sic p recidiuū in petīm efficit hō deteriotis cōditionis. Et quātuz ad deū ꝓpt igratitudinē: t quātū ad seipz ꝓpter assuetudinē: t quātū ad diabolu⁹ q fortior redit ad ipm. Et ideo dictū fuit paralytico iā curato. Joh. v. Jam noli peccare ne deterius tibi aliq̄d ꝓtigat. Et sic abstinēdo a petīs cōseruat homo in gratia: t tandē puenit ad gliam. Ad quā nos perducat ihesus benignissimus. Amen.

¶ De vtilitate mortis hūane. Sermo. ix.

Mors bonum

est iudicium tuū. Ecclesiastici. xlj. Multa sunt q̄ cuz euenīūt vident mala: q̄ tñ inueniunt postea vtilia et bona sicut ptz i ioseph de quo malū fuisse videt qz frēs sui er inuidia vēdiderūt eum mercatorib⁹ alienigenis: qō tñ postea conuersus est in bonū: nō solū ipi⁹: qz fact⁹ est dñs egypti vbi vendit⁹ est sed etiā i bonū ipoz fratrū suoz: t tot⁹ familie ꝓis sui. Et ideo dicit ioseph postea ipis fratribus suis. Nolite timere. Nū dei possumus resistere volūtati: Vos cogitastis de me malū sed de⁹ vertit illud in bonū. Sen. l. Narrat etiā Valeri⁹ maxim⁹ lib. ſ. c. vſ. de Jasone phedreo qz quidā inimicus su⁹ posuit insidias vt occideret eū. Et eo aduenīente surgens er insidijs gladio eū ꝓcussit. Sz accidit qz ꝓcussit eū i illa ꝓte corpis vbi habebat apostema qō ōr vomita: qō ē genus apostematz quo egerēdo intestina emittunt: et de hoc a nullo medico: uz sanari poterat Sz ictu gladij ita ruptum est apostema qz hō a pestifero morbo liberat⁹ est. Et sic credendo ei nocere ꝓfuit: t credendo occidere liberauit eū a morte: ita qō videbat malus ꝓuersus est illi in bonū. Jrez dicūt somniorum interpretes qz somnia q maxime videntur mala significāt bonus euentum. Verbi gra. dicit Paschalis in libro de thesauris occultis. qz si q̄s intuit⁹ fuerit p somnium qz iudicio eius q̄ ptātēbz suspensus sit p violentiā et necessitatē: talis sm ꝓportionez alti tudinis suspensionis exaltabitur in dignitate. Item dicit qz si quis minatus fuerit per somniū qz leprosus sit: dignitate honorabitur qua dictus multos ledet. Et sic pz qz multa vident mala q̄ finaliter inueniuntur vtilia t bona. Et ita est de morte quia qñ mala videat t noria: tñ inverbis ꝓpositio ōr qz iudicium eius bonū est. O mors inquit bonū est iudiciū tuū. A Jn quib⁹ quidem verbis ostēdunt de morte tria.

Primo qz est penalis ex nolle: quia mors

Scōo qz est vtilis ex bonitate. qz bonus

Tertio qz est terribilis examine. qz iudicium: habet. vnde addit. iudicium tuum.

Circa primū aduerten

dū est qz illud qō tollit hoib⁹ ea q̄ maxime diligūt est eis valde penosum. Sed mors tollit ab hoibus q̄ sunt ab eis maxime dilecta t questa sicut honores t delectationes t vite commoditates: q̄ ofa ex diuitijs habent: qz ꝓ diuitias assequunt hoies honores t stat⁹. Jtē delectatiōes corpales et cōmoditates vite. Et ideo ꝓcipue hoi diuiti t diuitias suas pacifice possidenti mors amara est t penalis: nō solū ad experiēdū sed etiā ad imaginandu⁹. Ūñ ōr Eccli. xlj. O mors qz amara est memoria tua hoi pacē habēti in substantijs suis. B Jn quib⁹ quidē verbis ostendit tripler rō: quare nō solū mortis experiētia sed etiā mortis memoria est aliquibus multum penosa.

Et prima est: qz mors affert detrimentū vnde ōr mors: qz mordēdo tollit vitam.

Scōa quia infert tormentum: vnde dic i tur. amara.

Tertia ro est: quia aufert fulcimentuz scilz diuitiarū. vnde homini diuiti precipue est penosa.

Est ergo mors homini naturalr in horore ꝓpter detrimētū qō infert. Nā maius detrimentū qō possit inferri alicui hospitio siue domui est suffodere fundamentuz eius: quia tūc domus ruit cum oibus suis partib⁹ t fulcimētis. Sz fundamētū oim bonoz que pertinēt ad domū corporis est vita. Et ideo mors auferēdo vitam aufert oia alia bona que ptinēt ad corpus. ita qz nec pōt amplius moueri: nec sentire: nec videre: nec audire: nec tangere: nec odorare: nec gustare: nec loq̄: nec appetere: nec delectari i re aliq̄. Nihil ꝓsunt ei diuitie: cessāte oēo delitie: t oēo reuerētie: t honore. Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

spiritū feruoꝝ spūs contenditur ⁊ remittitur. Job. xvij. Spiritus meꝰ attenuabitur. Gala. v. Caro cōcupiscit aduersus spiritū ꝛc. Jtē minoratio fit tripliciter. Primo in cōtemplatione. Sap. ix. Infirmus ⁊ exigui tēporis, ⁊ minor ad intellectū. Sc̄dō in dilectione ī eodē ca. Corpus qđ corrumpitur aggrauat aīam scz vt non possit ꝙ amorem ad supna eleuari. Tertio in operatione: qi spūs promptus est: caro aūt infirma. Matt. xxvj. Et per ista multū humiliaf homo spūalis quantūcunq; sit feruens qui recte videt se esse sicut faullam: quia faulla dum est ignita venti raptu sursuꝝ tendit sed extincta proprio pondere ad ima ruit. Sic anima hominis in hac vita posita calore charitatis inflammata ⁊ flatu spiritus ſancti sursum rapta fertur ad celestia tendere appetit: sed sibi relicta ⁊ ex proprie pronitatis pondere ⁊ corruptibilitatis corpis mole aggrauata semper ad ima descendit. Esa. xxx. Erit sicut faulla pertransiens scz de feruore intoporez. Homo autē qui ad penitentiam cōuertitur ex duobus potissime timet ⁊ multum humiliaf: scz ex consideratione propie fragilitatis que designatur in faullis: ⁊ insup ex consideratione mortis que representatur in cinere in quez corpus per mortez resoluitur. Unde Job. xlij. Ipse me repbendo ⁊ ago penitentiā in faulla ⁊ cinere. i. in corpore meo qō est fragille vt faulla ⁊ resolubile in cinerē. E Sc̄dō in parte auctoritatis supra allegate debem⁹ considerare expugnationem humane vite ex turbine: cum dicit q̄ turbo dispergit. A turbine etiā faulla percutitur qñ ipsa humana vita diabolica tentatiōe impugnatur. De hoc etiā turbine dicitur Ezech. j. Ventus turbinis veniebat ab aquilone: ⁊ nubes magna ⁊ ignis inuoluens. Et i hac figura prophetica tangitur triplex tentatio qua vita humana precipue impugnatur. Prima pertinet ad vitiū superbie cuz dicif. Ventus turbinis veniebat ab aquilone. Gregorius. Ventus est tentatio mentis. Propria autez tentatio mentis est supbia que habet cor eleuare. vnde assimilat vento: quia sicut ventus eleuat corpora leuia: ita quoq; superbia eleuat corda vana Un Job. xj. Utr vanus in superbiaz erigitur, Sed notat q̄ qui vēto flante gleāt; eo quiescente corruunt: quia superbia vel fortuna blandiente extolluntur ea cessante corruunt ⁊ elidūtur. Job. xxx. Eleuasti me ⁊ quasi super ventū ponēo elisisti me valde. Sed quia superbia nō solū mentē eleuat: sed etiā perturbat: ideo tētatio superbie vocatur ventus turbinis: quia sicut vēt⁹ turbinis obscurat ⁊ turbat aerem: sic supbia mentē. Job. iij. Noctē illā tenebroſus turbo possideat. Tenebroſus essi turbo possidet noctem cum superbie tentatio occupat certaz mentem: ⁊ dicitur tenebroſus: quia oculum mentis obscurat. Bernardus de duodecim gradibus humilitatis. Superbia oculum mentis obscurat: ⁊ veritatē obūbrat. Turbo aūt dicitur quia turbat superbientes animū: quia facit ipſum amarū rancoroſum ⁊ inquietum. ps. xlv. Conturbati sunt montes: idest superbi. Sed quia tentatio superbie est quasi diaboli propria: scilz quia superbie vitiuꝝ a diabolo cepit imitium: ideo dicif q̄ iste vent⁹ veniebat ab aq̄one, idest a diabolo superbo: ipse essi superbiens dixit Esaie xiij. Sedebo in monte testamenei. in lateribus aquilonis: ascendam super altitudinem nubium ⁊ similis ero altissimo. vñ Hugo de sancto Victore. Superbia in celo nata est: sed velut ſmmemor qua via inde ceciderit illuc postea redire nō potuit. Secunda tentatio pertinet ad vitium luxurie: ⁊ ista dicitur nubes magna. Nubes quia rationem offuscat: nam sicut nubes densa offuscat aerem lumen solis interciſpiendo: sic concupiscentia carnis offuscat mentem lumen rationis obumbrando. Unde Gregorius nazanzenus dicit q̄ caro velut nubes quedam grossa se anime obijciens considerare eam diuini luminis modos non sinit. Ezechielis. xxxij. ca. Volem idest rationis lumen nube tegaz. Sed ista nubes dicitur magna. Primo ratione generalitatis: quia omni homini inest pugna carnis. Gregorius. Jn hoc mūdo cum nostris tentationib⁹ nascimur: ⁊ caro aliquando nobis auctrix est in bono opere: aliquādo seductrix in malo. Item est magna ratione continuitatis. Hieronymus in epistola. Quocunq; pergamus nobiscum inimicum: idest carnem portamus: ⁊ ideo eius pugna ineuitabilis est ⁊ cōtinua. Jtē est magna difficultate. Augustinus in quodam sermōe ait, Inter omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

certamina xpianorum: duriora sunt prelia castitatis. Nam ibi continua pugna ⁊ raro est victoria. Tertia tentatio est auaricie. Et ista dr ignis ꝓpter insatiabilē ardorem cupidi hoīs. Prouer. xxx. Ignis nunq̄ dicit sufficit: sed inuoluens ꝓpter implicationes qt multe sunt implicationes et inuolutiones hominū auarorū. quia inuoluūt se multis curis multis negocijs ⁊ multis pceris. Job. vi. Inuolute sunt semite gressus. ¶ Tertio in fine auctoritatis Job superi⁹ allegate ostēdit humane mētis diuisio in dispersiōe: cū dicit. quez turbo diuinaz turbo tentationis diabolice dispgit mentē ⁊ diuidit p varia peccata ⁊ vitia. Nam diuersis vitijs hominē tentat vt cor eius in diuersas partes dividat ⁊ dispergat: ita ꝙ aliquaz partem occupet luxuria alia supbia aliam inuidia ⁊ sic de alijs. Et in hoc ē diabol⁹ similis Euilmoradach. de quo legit in babylonica historia: ꝙ mortuo patre timens ne resurgeret ⁊ regnum ei auferret. de consilio aliorū cor patris in multos partes diuisit. ⁊ diuersis vulturibus tradidit. Dixerūt em̄ ꝙ pater non resurgeret donec vultures in vnū cōuenirēt Sic diabolus timēs ne hō per penitētiaz resurgat ⁊ regnū celoz acqrat: cor humanū diuidit diuersis vulturib⁹. i. vitijs dispergit. Habachuc. iij. Maledixisti sceptris eius. capiti bellatoz eius venientibus vt turbo ad dispergendū me. Sceptra diaboli sunt pcā quibus in hoībus dñatur. Bellatores eius sunt prave suggestiones quoz caput est diaboli malitia ⁊ fraudulentia: ⁊ hic veniunt ad dispergendū cor hominis tanq̄ turbo scilz cū inuolutione ⁊ impetu. Sed tamen de⁹ illis maledicit quando p auxiliū gratie sue ab eis hoīem defendit ⁊ eripit. Jnez nota ꝙ per turbinē tentationū dispergit mens hominis per diuersas cogitationes. Nam a mūdo impellitur ad cogitationes. curiosas sicut qñ mens incaute vagatur cogitando que ad se non pertinēt vel in vtilia ⁊ vana: ⁊ tunc diabol⁹ immittit malam suggestionem q̄ mentem corripit. Dicit enim Ambrosius in herameron: ꝙ cancer qñ videt ꝙ ostrea se aperit vt suscipiat rorem: accipit lapillum paruum ⁊ potuit in apertura conche ipius vt nō possit se claudere cum velit. et sic immittit os et devorat carnem eius interiorem. Sic diabolus quando invenit cor hominis apertum vanis cogitatiōnibus ⁊ inutilib⁹: immittit lapillū prave suggestionis ⁊ bonam interiorem dispositionem euacuat. A carne autē impellitur mens ad cogitationes libidinosas: vt cuz aliquis immoratur in cogitatione alicuius peccati carnalis cuz delectatione: vñ cū talib⁹ cogitationib⁹ nō debet hō ludere: qz cuz in animo ludunt: alij alludunt. A diabolo autē impellitur mens ad cogitationes malitiosas vt quādo i innocentes molitur fraudes. Sed a deo impellit alios ad cogitationes gratiosas: vt qñ aliquis cogitat quō possit placere deo per contemplationē ⁊ primo p edificationes. Dee varietas ⁊ dispersio cogitationum figurata fuit in idolo siue statua quaz fecit Nabuchodonosor. Danielis ij. cuius caput erat er auro: pectus ⁊ brachia de argento: venter ex erē: tibie ferree: pedes de luto. Tūc em̄ mēs est aurea vel argētea qñ habet cogitatiōes gratiosas scz qñ fulget ⁊ coram deo per contemplationez ⁊ coram ꝓmo deo per conuersationem. Sed tunc est quasi enea quādo habet cogitationes curiosas: es em̄ sonorum est. Sed tūc est ferrea qñ habet cogitationes malitiosas p quas ceteros opprimat. Sed tūc lutea est quando habet cogitationes immundas ⁊ libidinosas. Un de hac dispersiōe mētis in idolo significata dr Osee. ix. Dispgent excelsa idoli. Excelsa idoli sunt cogitationes cordis humani: que a diuersis impulsionib⁹ diuersimode dispergunt. ℬ

Tertio in themate pro

posito describit misera conditio hominis quantū ad terminū vite qui attenditur in corporis resolutione quod per mortem resoluitur in cinerē: ⁊ ideo dicit: ⁊ cineri scilz sum assimilatus. Nos videmus ꝙ omnis res iudicatur ꝑm finē suū: sicut medicina cuius finis est sanitas: iudicatur bona vel mala ꝑm ꝙ prodest vel obest ad sanitatez ⁊ arbor cuius finis est fructus iudicatur etiaz bona vel mala aut nobilis vel ignobilis ꝑm fructus quos producit. Unde qz vita humani corporis vili fine terminat scilez ad mortem ⁊ resolutionem in cinerē: vilis iudicāda est ⁊ contēptibilis. Job xxx. Homo in cinerē reuertef. Jn quib⁹ quidez xbis tangit dupler causa vilitatis cōtēptibilitatis vite hoīs corporalis.

Una er vilitate ꝓncipali in eo ꝙ dr homo. Dō em̄ denotat ab humo. i. ab humida terra de qua ꝓmo corpus ei⁹ formatū est. ꝑm illud Gen. ij. Formauit dñs de⁹ hominem de limo terre: cū em̄ terra sit vilissima ⁊ infimū elementū: ptz plane ꝙ corp⁹ hoīs ex vili ꝓncipio ⁊ contēptibili ē ꝓductum: vt nullus gl̄iari possit de sua origine vel nobilitate corporali. qz sicut dr Eccli. xvij. Oēs hoies terra ⁊ cinis. Scōa causa vilitatis cōremptibilitatis vite hūani corpis est ex hūilitate termini: qua ostendit: cū subdit. in cinerē reuertef. Quedā em̄ sunt q̄ ex his habeant vile ꝓncipiū: tñ habent nobilem terminum. sicut ptz de gēratione auri: qz generat ex vili materia. s. ꝑm pōm ex sulphure ⁊ argēto viuo q̄ satis vilia sunt: sed tñ generatio ista terminat ad aurū qō est metallū nobilissimū. Sed corp⁹ humanum sicut ē ex vili ꝓncipio scz ex terrestri materia ita redit in humilē terminum scz in cinerem. ⁊ iō ex neutra parte habet materiam superbie sz solū hūilitatis. Un dr Eccli. x. Quid superbis terra cinis? Nota ꝙ licz homo ex corpe sit terra ⁊ cinis ⁊ ex vili principio qz formauit de⁹ hoīes de limo terre. vt dicitur Gen. ij. tamē ꝙ donū gre possūt hoīes mereri tantā gloriam vt angelis equentur ꝑm singulos angelorz gradus. qō est hoīes assumi ad angelorū ordines. Unde Greg. super Ezech. dicit sic. sunt nōnulli q̄ parua capiūt: sed tñ hec annunciare fratrib⁹ non desistūt. Isti enī in angelorz numerum currūt. Illā quidā simplices ⁊ illitterati xbo et exēplo quātum possunt alios edificant. Et isti assummunf ad ordines angelorz. Quidā aūt magna intelligunt ⁊ sollicite alios admonēt. ⁊ isti assumunf ad ordinem archangelorz. Greg. Sūt q̄ secretoz celestiū summa ⁊ capere ꝓualēt ⁊ nūciare. hi cū archangelis. Quidā ꝓ vite pfectionem alioz merita trāscēdūt. Et isti assumunf ad ordinem ꝓncipatuū. Greg. Sūt qui electoz merita trāscendūt ⁊ electis fratrib⁹ ꝓcipiantur. ⁊ hi cū ꝓncipatib⁹ meritō sortiunf. Similr illi qui bñ rexerūt ꝓsonā suā assumunf ad ordinē angelorz. Qui bñ rexerūt ciuitatem suā vel ecclesiā: ad ordinē archangelorum. Qui bo bene ꝓuinciā suā: ad ordinem ꝓncipatuū. Quidam aūt expellūt de corporibus ⁊ alabus alioz demones ⁊ pctā. isti assumunf ad ordines potestatū. Dic. Sunt q̄ malignos spūs ⁊tute ofonis ⁊ vi accepte potestatis fugār. ⁊ hi cum potestatibus? Quidam signa ⁊ miracula operanf. Et isti assumunf ad ordinē ⁊tutū. Greg. Sunt q̄ mira faciūt signa ⁊ valēter operanf. ⁊ hi cū ⁊tutib⁹. Quidā oīb⁹ in se vitijs dñantur. Et isti assumunf ad ordinē dñationū. Dic. Sunt q̄ in semetipis oīb⁹ vitijs dñantur vt ipo iure mūdicie dij inter hoīes vocentur. Un ad moysen dr. Ecce constituite dñm pharaōis. ⁊ hi cū dñatiōib⁹. Quidaz sunt valde spūales. et iō de alijs iudicare pñt. s. Cor. ij. spūalis hō iudicat omnia: ⁊ ipse a nemine iudicaf. Isti assumuntur ad ordinē thronoz. Dic. Sūt in qb⁹ velut in throno suo dñs pſidens alioz facta examinat p qs dū ecclia regit plerumq̄ de qbusda suis actib⁹ infirmis. eos electi iudicanf. ⁊ hi cū thronis. Quidā dei ⁊ proximi charitate flagrāt. Isti assumunf ad ordinē cherubin. Greg. Sunt q̄ dei ⁊ primi charitate amplius ceteris pleni sunt. ⁊ hi meritoz suoz sortiē inter cherubin numerū acceperūt qz cherubin plēitudo sciētie dr Et iuē paulum. Plenitudo legis est charitas. Quidā sunt i igne amoris ꝙrsi: ⁊ in solo dei desiderio anhelātes. Isti assumuntur ad ordinē seraphin. Dic. Sūt q̄ supne cōtēplatiōis amore accēsi in solo scōdtoris sui desiderio anhelāt: nihil in hac mūdo iā cupiūt: solo eternitatis amore pascūtur: terrena quecq̄ abiciunt: cūcta temporalia mēte trāscendūt: amāt ⁊ ardēt atq̄ in ipo suo ardore reqescūt: amādo ardent: loquentib⁹ in dei amore faciūt. q̄ isti nisi intra seraphin numerū sortē sue vocatiōis acceperūt: nec ille. Jtez nota ꝙ duob⁹ modis in pulueres reuertif. Uno mō corpaliter qñ ꝓ mortē in pulueres reuertif flue resoluit: Et ex hac defectu hūiliabat se abrahaz Gen. xviij. Coram dño dicens. Loquar ad dñm meū cū sim pulus ⁊ cinis scz futur⁹ vnde memoria mortis eū humiliabat. Alio modo hō in cinerem reuertitur spūaliter qñ hō pcō⁹ superbus ad humilitatē penitentie cōuertif. Un mos fuit antiquoz in signum doloris ⁊ pñe super caput cinerem sparge re qō erat signum humilis pñe. ps. cxlvij. Nebulā sicut cinerē spargit. i. caligines superbie ad humilitatem penitētie cōuertit: ⁊ hac cinere abluunf sordes pctoz. Nota ꝙ sub frigido cinere ignis extinguitur et sub calido conseruatur. Dic ignis spiritualis

āmoris et torpore ⁊ negligentia pnīe extin
guitur. sed in feruore pnīe cōseruatur ⁊ nu
tritur. ⁊ ꝓ tali cinere dabitur corona glo/
rie. Esa. lxj. Darē eis coronā ꝓ cinere. i. pro
humilitate penitētie dignitate eterne glie.
Ad quam nos perducat iesus ⁊c.

¶ De vili conditione hoīs in vita et post
mortem. Sermo. vij.

Puluis es ⁊ i pul
uerem reuerteris. Geñ. iij.
Dicit ysaac de diffinitioni
bus ꝙ plato diffiniēs phi
losophiā dixit ꝙ pma phie
diffinitio est cognitio suipius. Propterea
dicit btūs Bern. Stude teipsū cognoscere
q: multo melior ⁊ laudabilior es si teipsuz
cognoscis. ꝗ̄ si te neglecto cogsceres cur/
sus syderū: vires herbarum: complexiones
hominum: naturas aīaliū ⁊ oīm celestium
et terrestriū haberes sciētiam. Sed in hoc
apparet ignauia ⁊ maxima ignorantia ho/
minū ꝙ minus de seipis cognoscunt ꝗ̄ de
alijs. ⁊ h̄ est ꝙ se neglectꝫ alia inq̄rūt: imo
qd̄ mirabilius est h̄ magis ignorare viden/
tur qd̄ est magis malū in eis scꝫ suam cor/
poralem vitā quid sit vel quid futura sit: et
ideo diuina scriptura imo deus in ipsa ostē
dit tibi homo qd sm corpus sis ⁊ quid fu/
turus sis: dicēs in verbo ꝓposito. Puluis
es ⁊ in puluerē. ⁊c. A In quibus quidem
verbis vilem ⁊ miseram conditionem ho/
minis dupliciter describit.
Prīo quātū ad defectū pn̄tē q: puluis es
Scd̄o quātū ad exitū sequentē: q: in pul
uerē reuerteris. Primum pertinet ad vite
vilitatē. scd̄m ad mortis humilitatem.

Circa primū notādum
est ꝙ hō sm corpus d̄r esse puluis ratione
varietatis q: puluis a vento pcutit moue
tur ⁊ eleuat ⁊ dispergit. sicut vigor huma/
ni corpis modo aduersitatis vēto percuti/
tur: modo vento tētationis mouet: modo
vēto ꝓsperitatis erigit: modo vento mor
tis dissipat. Vñ ps. xxxiiij. ait. Fiant tanꝗ̄
puluis añ faciē vēti. Hinc est ergo ꝙ deus
cōsiderās varietatem ⁊ fragilitatem nostri
pulueris: faciliter miseret nostri: quia etiā
hō facilius miseretur infirmi ⁊ percussi et
ꝓuentis ꝗ̄ alterius qui sit in meliori ⁊ fir/
miori statu. Vñ ꝓpheta. ps. ciij. dicit. Mi/
sertus est dn̄s timentibus se. qm̄ ipse cog.
fi. no. et recordatus est qm̄ puluis sumus
homo sicut fe. di. eius tā flos agri. sic efflo/
rebit. Qm̄ spi. pertrans. in il. et non subsistet et
non cognoscet amplius locum suum. In q̄
bus quidē verbis tria aguntur.
Primo narratur effectus diuine pietatis
quia misertus est dn̄s timētibus se.
Scd̄o allegatur ꝓspectus humane fra/
gilitatis. qm̄ ipse cogno. fi. no.
Tertio explicat defectus varie calamita
tis. recordatus est quoniā ⁊c.
Sed circa pmū notādū ꝙ illi q̄ timētes
diuinā iusticiā redeunt ad verā penitētiā
recipiunt diuinam miam: q: remittit deus
eis oē pctm̄ actuale, originale em̄ pctm̄ scꝫ
qd̄ a primis parentib⁹ est contractū ⁊ quo
corrupta est hūana natura ⁊ cū quo q̄libet
nascit: purgat ꝑ baptismū: scꝫ pctm̄ actua/
le qd̄ est maximū: et sua mia remittit deus
penitēti. Ubi aduertendū ꝙ licꝫ in oī ope
dei reluceat iusticia ⁊ mia: tamē principa/
lior est mia ꝓpt q̄tuor. Primo ꝓpter glo/
riosam ꝑfectionē. Nā sicut forma est nobi/
lior materia: puta aia ꝗ̄ corpus: ita ps est
nobilior ⁊ principalior. Vñ aia est ps prin
cipalis in hoīe. Eodē modo in naturalib⁹
pars q̄ tenet locū forme ad effectum ꝓdu/
cēdū est nobilior ⁊ principalior ꝗ̄ sit pars
q̄ tenet locū materie vt patet de sole qui in
generalib⁹ rebus tenet locum forme quasi
pater. terra ṽo tenet locum materie velut
mater, vnde sicut pater ⁊ sol sunt nobilio
res ad generationē: ita ⁊ principaliores.
Nūc aūt deus est nobilissim⁹ actor ⁊ ope/
rator. hō ṽo est subiectum in quo ait qui te
net locū materie: et hinc homini conuenit
diuina iusticia vt sibi proportionabiliter
tribuat naturalia. Deus aūt tenet locū for/
me scꝫ misericordie q̄ mouet aduersus ho/
minem. Vñ sicut sol est principalior in gñā
tiōe: sic mia est principalior in diuina ope/
ratione eo ꝙ attendit penes deū inchoa/
tiue: ꝗ̄ sit diuina iusticia q̄ attenditur pe/
nes hoīem terminatiue. Unde Iac. ij. Mi/
sericordia superexaltat iudiciū. glo. i. preemi/
net in iudicio. q: lꝫ deus sit tātū iust⁹ quātū
pius. tñ magis relucet in iudicio suo mia
ꝗ̄ iusticia: q: est velut agens potentior ad
agendū per miam: ꝗ̄ sit hō velut patiens
ad suscipiēdū iusticiā. Unde clamat. ps. cxl
iiij. Miserationes ei⁹ sup oīa opa ei⁹. Nec
mirum q: qd̄ est ꝓpium alicui excedit eīs
alia min⁹ ꝓpria ⁊ accidētia. vt ptꝫ de hoīe

qui cū sit aīa rōnale: ei⁹ ꝓprie ꝓpriū est rō
nale. Vñ magis proprie cōuenit ei vti rōne
ꝗ̄ risibilitate ⁊ alijs ꝓprietatib⁹ et accidēti
bus. Sic lꝫ deus sit iust⁹ ⁊ misericors ⁊ mul
tas alias habeat ꝓprietates optimas: tñ
sup oīa opa sua vtit mia. Vñ Greg. in orō
ne dicit. Deus cui ꝓpriū est misereri semp et
pcere. Scd̄o ꝓpter miraculosam dei opa/
tionē. Lꝫ em̄ i miraculis reluceat dei oīpo
tētia tñ magꝫ relucet diuina mia q̄ mouet
ad miracula facienda. Deus em̄ ꝓuidēs i no/
bis miseriam ignorantie infidelitatis atqꝫ
malignitatis volēs nos reducere ad felici/
tatē ꝑ doctrinā ⁊ bonos mores: nobis pre/
posuit viros optimos veteris ac noui testa
menti: quorū doctrinā ⁊ exēpla vt accepta
rem⁹ tanꝗ̄ a deo trāsmissa: voluit ipsos fa
cere diuinas opatiōes. i. miracula. qb⁹ mo
ueremur ad acceptandū ipoꝝ doctrinā ⁊ ad
imitādū exēpla. Qd̄ em̄ misericorditer deus
ostenderit suā oīpotētiā ꝑ miracula. vt edu
ceret ppl'm suum de miseria seruitutis pꝫ.
Nā vt ppl's hebre⁹ moysi credat. manus ei⁹
polluit ⁊ sanat. Ut ei⁹ vitā imitet: resplen
duit facies eius sicut sol. Ut pharao ppl'm
dimittat. dat ꝑ moysen decem principales
plagas. Ut sciat viā eūdi ad terrā ꝓmissio
nis. dat colūna ignis. Ut nō videat ab ini
micis nec estu affligat: dat columna nubis
Exo. xiij. Ut non pereat fame dat māna de
celo. Ex. xvj. Ut ei⁹ appetit⁹ delectet: pluit
sup eos sic puluerē carnes. ibidē. Ne aq̄s
deficientib⁹ siti affligat: educit ei aq̄ de pe
tra abūdanter. Exo. xvij. Ut nō capiatur ab
inimicis carēs nauib⁹ ad transfretādū. ma
re sibi diuiditur. Exo. xiiij. Ut ppl's egypti
ꝓm nō insequat et molestet mare ꝯiūgit ⁊
egypt⁹ submergit. ibidem. Ut nō ꝑueniat
ad nuditatē. vestimēta ⁊ calciamēta. xl. an
nis non sunt vetustate attrita. Deut. xxix.
Ut possit exire desertū iordanis ei diuidit
Josue. iij. Ut terra ꝓmissionis possit stra
re et inhabitare. xxxj. reges debellauit. Jo
sue. xij. Tādē vt gen⁹ humanū educeret de
hoc seculo ꝑ miracula misericorditer sicut
eduxit ppl'm de egypto. multiplicauit mi/
racula in nouo testamēto. In creaturis in
tellectualib⁹. demonia expellēdo. In crea/
turis celestib⁹ noctē illuminando nascens
diē obscurādo moriēs. In elemētis ventis
iperādo. mare sedādo. In terra mortuos
suscitādo. spm̄ sctm̄ i specie ignis mittēdo.
In creaturis rōnalib⁹ infirmos sanando
ignaros doctorādo. impios conuertēdo. In
creaturis irrōnabilib⁹ cuiuscūqꝫ gñis. In
qb⁹ oīb⁹ miraculis. lꝫ nobis manifestet suā
oīpotētiā. tñ principalior est sua mia. qua
mot⁹ fuit ad faciendū miracula. s. vt nos mi
sericorditer educeret ab ista miseria. Ter
tio ꝓpter virtuosam cōicationē. Lꝫ em̄ deus
ondērit suā oīpotētiā dando virtutes gra/
tuitas sctis patrib⁹ veteris et noui testamē
ti. tñ h̄ fecit magis misericorditer propter
nos. Vñ vt nobis ꝓponeret fidē sine q̄ im
possibile est placere deo. Heb. xj. Dedit fi/
dē q̄si fontē. Nā oēs fidei aquā biberunt. ⁊
eā reposuit i pr̄ib⁹ veteris et noui testamen
ti. Ut aūt veluti ꝑ cōductū possem⁹ potare
dedit eis sermonē sapie. q̄ sapia nos doce/
rēt arcana diuina. Ut aūt ista diuina pos/
sem⁹ capere ⁊ intelligere. vasa tribuit ad bi
bēdū dū eis dedit sermonē scie. ꝑ quā scien
tiā q̄ est cognitio creaturarū tanꝗ̄ ꝑ visi/
bilia dādo nobis exēpla ducerēt nos in co
gnitionē inuisibiliū vt aūt hāc aquā fidei
ipse ⁊ scie possent oīb⁹ effūdere ⁊ oēs pos
sent bibere aurib⁹ ⁊ mente dedit eis donū
linguaꝝ q̄ dono oēs loquebāt linguā ⁊ idio
mata ⁊ oēs intelligebāt ⁊ itelligendo bibe
bāt. vt ṽo hāc aquā bibētes delectabili⁹ de
gustarēt. dedit eis iterptationem sermonū
q̄ interptādo hoīes intelligerent clari⁹ et
delectarent dulcius vt ṽo hoīes mūdi acce
ptarēt hāc doctrinā aquā clarissimā a deo
nobis infusaꝫ. dedit eis testimōia diuīa. s.
ꝓphetias q̄ ꝑdicebāt futura. discretionem
spirituū. q̄ ꝓnūciabāt occulta cordiū. graꝫ
sanitatū. q̄ curabāt insanabiles infirmita/
tes. virtutū grām q̄ operabant mira mor/
tuos suscitādo et signa de celo dando: Et h̄
oīa deus opat⁹ est sm suā oīpotētiā. nō aliū
de mot⁹ nisi ꝑ miam. q̄ vnicuiqꝫ dedit ma/
nifestationē spūs ad vtilitates miseroꝝ. s.
Cor. xij. Et sic diuina mia ē magꝫ nobis ad
ꝓsidentiā ꝗ̄ iusticia ad timorē. Quarto pro
pter gratiosam ꝯuersionē. Nā Greg. i qua
dā collecta dicē sic. Deus q̄ oīpotētiā tuā pcen
pcā remittit ondit se posse ⁊ magnā osten/
dit potētiā dū hoīes remouet a miseria cul
pe. ⁊ ipm ꝓmouet ad felicitatem. B Et
etiā aduertendū ꝙ deus q̄tuor facit peniten
ti in tali remissiōe pctī. Primū est q: remo/
uet culpā maculantē. q: ꝑ pctm̄ aīa macu/
lat ⁊ denigratur. Thren. iiij. Denigrata est
sup carbones facies eoꝝ. vñ ꝑ remissionē

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccati reformak decoꝛ aie. Scõm est qꝛ remittit penã. i. reatũ gehenne a regno dei excludentẽ. vñ removendo reatũ efficit hominẽ dignũ vita eterna. Tertiũ est qꝛ infundit gratiã iustificantẽ: q̃ gratia excedit oẽs naturales virtutes: ⁊ hoc ps er operatiõe: qꝛ plus operaf. Nãs virtus naturalis in operatione sua hꝫ finitates: qꝛ facit operatiões finitas: ma semp aliq̃d finitũ facit Magna em̃ est vires solis. qꝛ p eã generantur ista inferiora que tamẽ finita sunt: ergo multo magis hoc dici potest de virtutibus aliox inferiox coꝛpoꝛ. Sed opationes procedentes ex virtute gratie sunt infinite: qꝛ generãt vitam eternã: ita ꝙ est fructꝰ infinitus. nam qñ quis est in gratia minima eꝰ opatio fructificat plus q̃ opatões oim creaturarũ de mũdo: qꝛ oẽs aie fine ista nihil valent. Quartũ est qꝛ dat vitã beatificantẽ ⁊ glorificantẽ scꝫ vitã eternã quã dat nũc. p similis firmissimã nec qꝛ nec angeli nec demones nec sancti nec hoies possent sibi auferre si ꝓseruak i gratia. Et b omnia percebat Dauid dicens. Miserere mei deus ꝑm magnaꝫ misericordiaꝫ tuã. Et dicit magnã ꝓpter remissionem culpe. Et ꝑm multitudinẽ miserationũ tuarũ dele iniquitates meã. ꝓpter obligationes gehenne. et dicit multitudinem ꝓpter infinitatem quasi penarã inferni. Ampliꝰ laua me scꝫ ꝓpter infusionem gratie. q. d. nõ sufficit penitentia sine gratia: qꝛ posset dare peccatoꝛ solum bonum nature. et ideo ampliꝰ adde. s. lauacrũ gratie. et postea quantũ ad ꝓmissionẽ glie subdik infra. Auditui meo dabis gaudium et leticiã ⁊c. Lu. s. Misericordia eiꝰ a ꝓgenie in ꝓgenies timentibꝰ eũ. Eccli. xl. Misertus est penitentiꝫ. ℭ Secundo in auctoritate adducta allegãf ꝓspectus humane infirmitatis. cum dicit. qñ ipse cog. fi. no. glo. i. infirmitatem nostram: Nouit em̃ quõ lapsum fit: nouit. quõ fit reficiendum nouit quõ adoptandũ fit: nouit quõ ditandũ fit: quasi dicat nouit ꝙ lapsum fit p culpam reficiendum per penitentiam. adoptãdum per gratiam: ⁊ ditandum per gliam Sed istud figmentũ de se infirmũ est et debile. infirmum: qꝛ cadit ad modicus impulsum tentationis. Et nota ꝙ vas vacuus ad modicũ impulsum mouetur et cadit. ſz plenũ firmus est. Sic homo vacuus presentia dei vel gratia: dei cito mouetur ⁊ cadit ad impulsionem alicuius tentationis; sed non ille qui est deo vel gratia eius plenus Item est hoc figmentum nostrum debile et fragile: qꝛ ad paruum ictum confringitur. et sic homo ad paruum vulnus moꝛik. Vñ Sapi. xv. Fragilia vasa finxit. et talia vasa sunt coꝛpoꝛa nostra. Sed attendendum ꝙ circa figmentum coꝛporis nostri aliqui deerrauerunt. Nam quidam heretici dixerũt ymanichei ꝙ deus ipsum nõ fecit: sed ꝙ diabolus istud finxit. Fabulantur em̃ manichei ꝙ postꝫ lucifer cum suis complicibus de celo electus est ipse lucifer terram aqua discooperuit ⁊ duo coꝛpoꝛa hominis fabricauit. sed cum per triginta annos talem spiritus ipse coꝛporibus non posset infundere. accessit ad misericordiã altissimi: ⁊ duos angelos ab ipso q̃fluit. Astiterũt aũt duo statim qui diabolus occulte diligebant. ⁊ rogauerũt altissimũ. vt cuꝫ diabolo cito irent cito reuersuri. Quoꝝ fraudẽ deꝰ cognoscẽs dixit. Ite ſz cauete ne dormiatis: qꝛ post sopoꝛẽ reuerti non possetis vniã oblitoni traderetis. Veniunt igit ad ꝓdicta coꝛpoꝛa q̃ diaboluꝰ finxerat seu formauerat: ⁊ trauerũt et in eis dormierũt: et obliti celestis patrie in ipsis coꝛporibꝰ inclusi sunt. Isti vt dicũt fuerũt adam ⁊ eua. Et sic ps ꝙ coꝛpoꝛa primoꝝ parentuꝫ a quibꝰ omnes descẽdim̃ non deũ: sed diabolũ fuisse dicũt et coꝛ spũs nõ alias ſz demones fuisse asserunt. Alius fuit error eoꝝ qui dixerũt ꝙ deꝰ nostra coꝛpoꝛa vel facta non cognoscit: qꝛ cũ simile a simili cognoscatur et deus sit immaterialis et incoꝛporeꝰ eius intellectualis tñ spũs intelligit quidẽ et cognoscit. q̃ immaterialia et incoꝛporalia sũt ſz materialia nostra coꝛpoꝛa nec intelligit nec cognoscit. Isti ergo duo errores tãguntur Esa. xxix. Peruersa est hec vestra cogitatio: quasi si lutum cõtra figulũ suuꝫ cogitet: et dicat opus factoꝛi suo non fecisti me et figmentum dicat fictoꝛi suo: non intelligis. Unde contra primum errorem dicitur Esa. lxiij. Nũc dñe pater noster es tu: nos lutuꝫ. ⁊ fictoꝛ noster tu et opera manuũ tuarum omnes nos. Contra secundum ꝺo errorem dicitur in auctoritate. ps. inducta. Quoniam ipse cognouit figmentuꝫ nostrum: Et iterum idem ps. contra vtrunq̃ dicit. ps. xxxij. Qui finxit sigillatim corda eoꝝ et si corda: ergo etiam coꝛpoꝛa. Et sequitur contra secundus errorẽ. Qui intelligit omnia opera eoꝝ. Et hec est contra illos qui ita faciũt ac si crederẽt ꝙ deꝰ eoꝝ facta nõ videret nec intelligeret: qꝛ q̃ nullo modo in cõspectu hominũ facere audereꝝ vt furta sodomias ⁊ multa alia: coram deo facere non verenf. de quibus ps. xciij. Dixerũt nõ videbit dñs nec intelliget deus iacob. Cõtra quos subdit. Intelligite insipientes i pplo ⁊ stulti aliquãdo sapite. Qui plantauit aures ⁊c. qui corripit gentes ⁊c. Et q̃uis ꝑ dissimilitudinem sit a coꝛporibus lõginquꝰ: oia tñ non solũ intelligibilia sed etiã sensibilia ⁊ coꝛpalia cognoscit. Vñ tales q̃ opinanf eũ cognoscere solũ sibi similia ⁊ vicina nõ aũt remota ⁊ dissimilia. ipse deꝰ redarguendo interrogat Hieremie xxiij. dicẽs. Putas ne deꝰ e vicino ego sum dicit dñs: ⁊ non deꝰ delonge? Oia cognoscit: si occultabit vir in obscõditis ⁊ ego nõ videbo eũ: q̃si dicat nõ sic est. Quamuis ergo sit dissimilis coꝛporalibus ⁊ materialibus in natura: oia tñ ꝑ intellectũ cognoscit: etiam particularia coꝛpa ⁊ materialia. quia sicut dicit btus Dionysius. perfectiones q̃ in inferioribꝰ diuiduntur in deo simpliciter ⁊ mente existunt. Unde q̃uis per aliã virtutem cognoscas coꝛpoꝛa materialia ⁊ coꝛporalia scꝫ ꝑ sensum: ⁊ p aliam immaterialia ⁊ incoꝛporalia scꝫ ꝑ intellectum deus tamen per suũ simplicem intellectum vtraq̃ cognoscit: cũ ipse oim sit artifex: et ipsa sua essentia sit oim exemplar ⁊ causa nõ solũ quãtũ ad formã sed etiã quãtũ ad materiã ⁊ particulares naturas. Et q̃uis materia sit dissimilis deo quantũ ad suam potẽtialitatẽ: tñ inquantũ vel sicut esse h: tenet quãdam similitudinem esse diuinũ. ⁊ ideo dicebat ps. cxxxviij. Tu cognouisti oia nouissima ⁊ antiquaꝰ: tu formasti me ⁊c. ℌ Tertio in auctoritate allegata describitur defectus varie calamitatis hũane: cum subdik. ⁊ recordatꝰ est qñ puluis sum? ⁊c. Ubi aduertendum ꝙ deꝰ nõ dicitur recordari quia in eo possit esse oblivio rei alicuius: cum eius scire sit invariabile ⁊ eternum: sed loquitur ad similitudinem nostri qui quãdo recordamur miserie ⁊ infirmitatis alicuius afflicti compatimur ⁊ misereꝝ mur. Unde deus noster calamitatis dicit recordari: quando eius misereꝝtur. vnde ꝙa nostrã infirmitatem ⁊ miseriã cognoscens faciliter misereꝝtur nostri: dicitur. Recordatus est qñ puluis ⁊c. sic ere. xxxviij. Recordatus est qꝛ caro sunt. idest infirmi ⁊ fragilen. Et tanguntur seu scribunf quatuoꝛ ꝓtinẽtia ad humanam miseriam.

Primũ pertinet ad nostram aridi tatem quoniam puluis fumus qui est terra ficca ⁊ sine humoꝛe.

Secũm pertinet ad nostrã fragilitatem quia homo sicut fenum.

Tertiũ ꝓtinet ad nostrã vanitatem: quia dies eius tanq̃ flos agri sic efflo.

Quartũ pertinet ad nostram mortalitatem: quia spiritus pertransibit ⁊c.

Circa primũ aduertendũ est ꝙ nos dicimur esse puluis nõ solũ rõne coꝛporis terrestris: sed etiam ratione alie: qꝛ sicut dicit glosa sup illo verbo ps. Nos qui eramus figmentum idest factura dei: facti sumus puluis ariditate peccati. Puluis est terra lenis sine põdere: arida sine humoꝛe. ⁊ sterilis sine fructꝰ ꝓductione. Et talis ꝓfecto efficit alia et peccato. scꝫ leuis sine pondere ꝺtutis. ⁊ ideo a quolibet vento tentationis mouetur ps. s. Impu tanq̃ puluis quẽ proiecit ventus scꝫ tẽtatiõis a facie terre. i. a firmitate iusticie. Ite arida sine humoꝛe cõpunctionis. Nũeri. xj. Alia nostra arida est scꝫ ex defectu cõpunctionis nõ cuiãs confiteri. ps. xxix. Nunq̃d confitebitur tibi puluis: Item est sterilis ⁊ sine fructu meritoꝝ operis. ⁊ iõ excluditur ab habitatione paradisi. Leuit. xiij. Universuꝫ puluerem ꝓiecient extra videbim in locũ immundum. i. deꝰ ꝓiciet extra paradisum in locum immũdum inferni. ⁊ ibi dabitur in cibum serpenti infernali idest diabolo. Esa. lxv. Serpẽti puluis panis eiꝰ. quia pascetur de penis eius. ℰ Scõo ostendit humanã fragilitatem. qꝛ homo sicut fenũ. Fenum em̃ nascendo habet viroꝛẽ: crescendo decoꝛẽ: ⁊ vltimo habet floꝛem: sed tandem desiccatum solis ardoꝛe redigitur in pulueꝛem. Ite fenũ precissum ⁊ siccum nutrimento est animalũ deputatum. Similiter hõ nascendo habet viroꝛem vite: crescendo decoꝛem forme: ⁊ post augmentuꝫ quandoq̃ floꝛem fortune ⁊ temporalis glorie. sed solis ardoꝛe. i. grauis infirmitatis vel tribulationis feruoꝛe siccatus idest adustus rejectionis. Ite coꝛpus hois per moꝛtẽ priuite siccatum sicut quando est in sepulcro clausum vel humatum: efficitur nutrimentũ alialiũ. i. esca vermiũ. Vñ versus quidaꝫ

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit. Post holem vermis: post vermem fe
tor: t horror. Sic in non holem vertit ois
hō. Et qz ista cōpetunt hoi ꝑm carnē dicit
Esa. xl. Ois caro fenū. Ite fenus quanto al
tiꝰ stat t min⁹ ꝓfundū radices inferius de
mittit tāto min⁹ crescit t citius arescit: sicut
ps de feno qō nascit super tecta. Sic hō
quanto est in altiori statu si radices cordis
eiꝰ non ꝓfundātur in humilitate. i. in sui hu
milī cognitiōe t custodie sedulitate, paruꝫ
ꝓficit t cito deficit. Unī in ps. cxxviij. Fiāt
sicut fenum tectorū qō priusq̄ elleuat era
ruit. Fenū tectorū est vita hoīm in dignita
te positoꝝ q̄ cito erarescunt. i. deficiunt ali
qñ ꝓ seipsos añ ꝙ eueniat ꝑ alios. Ter
tio ostēdit dauid hūane glie vanitatē: cum
subdit. Dies eiꝰ tāq̄ flos agri sic efflo. Dies
em̄ hois est ꝓsperitas t glia eiꝰ mūdana
q̄ ꝑe dr vt flos agri. quia flos agri delectat
sensum: facit ornatū t hꝫ defectum t hō re
ꝓsentat ea in quibꝰ cōsistit ꝓsperitas t
glia mūdanoꝝ. Nam cōsistit in delectatiōe
voluptatum: et talis delectatio pertinet ad
sensum; t hō representat in floribꝰ, q̄ sua pul
chritudine delectāt aspectuꝫ: suo odore de
lectāt gustū. Unī in floribꝰ signant delecta
tiones sensibiles desiriarū mundi: qz flores
q̄si fluores. s. qz fluūt. Et sic etiā cito fluunt
corporales delectationes. ꝓ q̄bus tñ multi
recipient tormēta q̄ nūq̄ deficient. sicut ꝓz
in diuite epulone. Luc. xvj. ps. lxxxix. Flo
reat t transeat, floreat in mundo et postea
trāseat ad infernū. Scōo cōsistit glia mūdi
in possessiōe diuitiaꝝ. Et hoc figuratur in
floribꝰ: q̄ sunt ad ornamentū et sicut diuitie
qz sicut paupes erūt ornantes celuꝫ, ꝓpter
qō dr Mat. v. Beati paupes spū qm̄ ipsoꝝ
est regnū celoꝝ: ita diuites ad ornamen
tū mūdi. Sed sicut pauperes contemnunt
in mundo: ita diuites in celo. Unī ad diui
tem pōt referri illud Job. xliij. Quasi flos
egredit t conterit. Quasi em̄ flos existens
hō est in mundo viuendo: de mundo egre
ditur moriendo: t conteritur in inferno pa
tiendo. Item cōsistit gloria mundi in subli
mitate dignitatū. t hoc assimilat floribus
qui sunt in alto in arboribꝰ qui cito cadunt
et deficiūt. Sic cito homines cadunt a digni
tatibus aut per mortem aut ꝑ deiectionem
Naū. j. Flos libani elanguit: Libanus em̄
erat altitudo cedroꝝ t significat sublimi
tates dnoꝝ quoꝝ flos. i. glia cito languescit
t deficit. Jac. j. Flos eius deciāt. Patet ergo
q̄ ois glia mūdi assimilat flori. vñ dictum
est. Dies eiꝰ tanq̄ flos feni eo q̄ ad modus
floris habet defectum. qz cito deficit et ca
dit. Esa. xxviij. Erit flos decidens gloria ex
ultationis eiꝰ. ℣ Quarto ostendit da
uid in aucte allegata superi⁹ hūanā morta
litatē: cū dicit, qm̄ spūs ꝑtransibit i illo t cc.
Ubi breuiter ostendit dauid q̄ mors au
fert hoi tria bona ꝑ q̄ videt odibilis. Nam
ꝓmo aufert vitale spirationes. scz in sepa
ratiōe aie. Alia em̄ dr spūs. qz vitaꝫ corpori
spirat: ꝑm illud Job. vj. Spūs est qui vi
uificat. vñ trāseūte spiritu a corpore perdit
ipa vita. t quātum ad hoc dicit spūs qm̄ in
illo existēs. scz ptransibit ab illo. et sic corpa
amplius non viuent. ps. civ. Auferes spūs
eoꝝ t deficient. scz a vita corpis. multum el
ser penosum hoi q̄n̄ cōpelleret exire de do
mo ꝓpria vbi libēter habitat: si exeunte il
lo dom⁹ deberet dirui t ad solum deduci et
deberet ꝑdere oia bona que possidebat in il
la. Sic est penosum spiritui exire de domo
ꝓprij corpis. eo ꝙ in ipso exitu corpus ruit
in mortē: et redigit in puluerez: t ipse spūs
erat nudus. et oia bona ꝑdat q̄ in ipso co
pore possidebat sicut sunt potentie t actus
potentiaꝝ organis corpis affixaruꝫ et dele
ctatiō etiam ipsarūꝫ generatiue nutritiue
augmentatiue motiue t sentitiue. Instates. q̄
oia destruunt in morte nec remanēt in spi
ritu: nisi sicut in radice. Unde dr in ps. cl.
Exibit spūs eiꝰ. s. ab homie t reuertetur scz
corp eius in terraz suā in illa die peribunt
oēs cogitatiōes eorum. Sic etiā recedent e
spūsctō ab aia per ꝑm perditur vita gra
tie t oēs virtutes gratuite t omnes opera
tiones meritorie: ꝓpter qō petebat. ps.
diceno. ps. l. Spiritū sanctum tuum ne au
feras a me. Secundo mors aufert homini
naturalem cōseruationem. quia non subsi
steret scilicet homo post sepationes spūs. Nā
sicut tandiu conseruat lumen in aere q̄diu
sol est presens. sic tandiu conseruatur vita
in homie q̄diu spiritus est presens in cor
pore: vñ separato spiritu a corpore per mo
rtem: deficit esse compositi scilz hominis t
nō subsistit amplius homo. et in ipsum
corpus non est amplius corpus hominis
Et si tu dicas. ergo corpora sanctorum de
functoꝝ non sunt amplius corpora eoꝝ q̄re
ergo adoramus ea: quare ego debeo adora
re ossa q̄ fuerūt beati petri si non sunt eius
Dicendum ꝙ licz ita sit ꝑm naturaz: tamen

ꝓpter spem future resurrectiōis quā vera
fides ꝑdicat scz ꝙ ex illis eisdez ossib⁹ vel
puluerib⁹ resurgēt corpora eadez numero
ꝑm illud Job. xix. In nouissimo die de ter
ra surrecturꝰ sum: t in carne mea videbo
deū tc. Adorāda sunt ossa vel corpora san
ctorum: non solū quia ipsoꝝ fuerūt: sed qz
adhuc erūt. t quecūq̄ ꝓtes vel cineres ad
eoꝝ corpa redibūt. Et hoc nō erit ex incli
natiōe nature: qz scz illi cineres pl⁹ q̄ alij
habeāt inclinationē ad illi⁹ aie cui⁹ fuerūt
cōiunctione si erit solū ex ordine diuine ꝓ
uidentie: q̄ statuit illos cineres iterum isti
aie cōiungi t nō alios nec alteri. Sic er
go ꝑm ordinē nature ps ꝙ separata spū a
corpore hō amplius nō subsistit: t ipm corꝰ
per diuersos corruptiōis gradus tandem
post somnū mortis in puluerē redit. Et iō
dr Job. vij. Ecce nūc i puluere dormio t si
mane me q̄sieris non subsistā. ℣ Tertio
mors aufert homini corporales habitatio
nem, t ideo dicit, t non cognoscet amplius
locus. Qō quidam sic intelligere volunt.
qz dicunt ꝙ spiritus hominis defuncti si
ue sitin inferno siue in celo non cognoscit
amplius locum suum in quo fuit. i. mun
dum istum. quia scz nescit de cetero ea que
faciunt viuentes qui sunt in mundo isto.
Quod quidem si loquamur de cognitione
animarum separatarum naturali. verum
est de his que de cetero hic aguntur. Et ra
tio est. qz anima separata cognoscit singu
laria per species sibi influras a superiori
bus substantijs: per hoc ꝙ quodammodo
determinata est ad illam: vel per vestigiū
alicuius precedentis cognitionis seu affe
ctiōis, vel ꝓ ordinatione diuinā. Sed ꝑm
modū essendi ipse anime separate sunt se
gregate a cōuersatiōe viventiuꝫ t cōiuncte
conuersationi substantiaruꝫ spiritualiuꝫ q̄
sunt a corpore separato, vnde ea que apud
nos agunt ignorāt. sicut et nos hic ignora
mus que apud ipsos aguntur. Et ideo dicit
Gre. xij. moral. ꝙ mortui vitaꝫ in carne vi
uentiū post eos qualiter disponāt nesciunt
quia vita spūs longe est a vita carnis. Naz
sicut corpora t incorporea sunt diuersa ge
nere: ita sunt distincta cognitione. Augu.
etiaz dicit in libro de cura ꝓ mortuis agē
da. ꝙ anime mortuoruꝫ ibi sunt vbi ea que
hic nūt scire non possunt. Et ꝑm hoc pōt
dici ō spiritu hominis defuncti, illud ps.
lxxiij. Nos non cognoscet amplius. Unde
anime q̄ sunt i inferno vel i purgatorio ne
sciunt hoc ꝑ se neq̄z etiā aie sanctoꝝ q̄ fue
runt in limbo expectātes xpm. Et iō dr Esa.
lxiij. Abraha nescivit nos et israel ignoravit
nos. Job. xiiij. dr de diuite mortuo et dāna
to. Siue nobiles fuerit filij eius siue ignobi
les nō intelliget. t iñ aia eiꝰ super semet
ipsam lugebit. Et ꝑm hoc pōt dici de spū
bꝰ defuncti illud ps. lxxiij. Nos non co
gno. amplius. Possunt tñ hmōi aie alioꝝ sci
re ō his q̄ hic aguntur: non ꝑ seipsas, sed per
alias eoꝝ q̄ hinc ad eos accedūt: vel ꝑ ange
los seu demones vel etiam spū dei reuelan
te. De aiabus aār sanctoꝝ q̄ sunt in paradi
so asserit̄ dicit Gregor. vbi. ō. dicto libro
ꝙ nullo modo credendū est ꝙ aliq̄d eorum
re: sed glorie. Unī ꝑm eius sniam aie sancto
rum deū videāt eo ipa ꝓsentia que hic agū
tur cognoscūt. sunt em̄ angelis equales de
quibus etiam Aug. dicit ꝙ non ignorāt q̄
apud nos aguntur. Sed qz sanctoꝝ aie sunt
perfectissime iusticie diuine coniuncte: nec
de malis nostris tristantur: nec rebus vi
uentium se ingerunt: nisi ꝑm ꝙ dispositio
diuine iusticie exigit. Sed tamen ꝓmissum
verbum auctoritatis allegate. i. ꝙ non co
gnoscet amplius locum suum. exponitur
ꝑm glosam, ꝙ non reuertetur amplius ad
locum huius mundi t ad vitam corporalē
istam. Qō est contra illos hereticos vel pa
ganos qui dixerunt aias defunctoꝝ esse ad
eandē vitā t eadez loca aliqñ reuersuras.
Contra qō dr in ps. lxxviij. Uadens t non
rediens. Sap. ij. Nō ē qui agnit⁹ sit reuer
sus ab inferis. Et hoc est verū ꝑm cōem le
gē q̄uis diuina virtute q̄dam fuerint resu
scitati et priuilegio speciali: vt lazar⁹ t q̄daz
alij. Unde de hole defuncto. ps. xxxvj. dicit.
Transiui t ecce nō erat: q̄siui t nō est inuen
tus loc⁹ eius. i. de cetero in mūdo isto. ℣

Secūdo describitur i

themate ꝓposito miseria humana quantū
ad statū post obitum sequentem: cū dr, et i
puluerem reuertet. Ubi notandū ꝙ ficut ē
generalis sentētia diuine iusticie ꝙ q̄libet
homo moriatur: ita etiā ꝙ quilibet homo
i puluerē reuertat. Dicerut tñ q̄dā ꝙ aliq̄
erant exempti scz mortis t resolutionis in
puluerem. Dicunt em̄ ꝙ illi qui in vltimo
iudicio reperientur viui; non morient sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

rapient⁊ vinctos trāsferent ad immorta-
litatē. Sed alij maiores doctores ratione
bili⁹ dicunt esse⁹ vt dicat ꝙ illi q̄ in iudicio
inuenient viui oēs primo morient: ⁊ p illū
ignē qui faciē mundi purgabit oēs in
cineres redigent: vt postea resuscitēt⁊ eoꝝ
corpa reforment. Vñ in plona cuiuslibet
hois dicebat Job dicēs deo. Memēto q̄-
so ꝙ sicut lutū fecerio me: ⁊ in puluerē re-
duces. Job. x. Et infra ergo mortis nullus
vnq̄ hoim est excepto⁹ aut excipiend⁹: sed a
resolutiōe in puluerē quidā excepti sunt
et gratia spāli sicut ꝑs. de quo fuerat scri-
ptū i ꝑo. xv. Nō dabis scīm tuū videre cor
ruptionē. Et hoc idē de btā virgine asserit
Augu. in sermone de assumptiōe. ⁊ de Jo-
hanne euāgelista nōnulli hoc idē dicunt.
Notādū ꝙ boni a malis quātū ad corpus
differūt quādoq̄ i vita: q⁹ quidā sunt ma-
li qui vsq̄ ad mortē pleuerant in ꝓsperita
te: ⁊ quidā boni q̄ vsq̄ ad mortē pleuerāt
in aduersitate: sed tñ postea cōueniunt in
morte ⁊ in corporis resolutione: que omni
homini sunt cōes. Job. xxi. ōr. Iste mortu⁹
robustus sanus diues ⁊ felix: viscera eius
plena sunt adipe: ⁊ medulis ossa illi⁹ irri-
gant. alij aūt mortu⁹ in amaritudine aīe et
absq̄ vllis opib⁹: ⁊ tñ simul i puluere dor
miēt. Sīr cōuenient simul in resurrectiōe.
Sed in aīaꝝ vel corpoꝝ glificatiōe seu im
mutatiōe nō ꝓueniēt: q⁹ mali resurgēt ad
aiaꝝ⁊ corpoꝝ dānationē: boni aūt resur-
gent cum anime⁊ corporis glorificatiōe.
Unde sicut ōr Matth. xxv. Mali ibunt in
supplicium eternum. iusti autem in vitam
eternam. Ad quam ⁊c.

¶ De vigilantia viuentis ⁊ nuditate mo-
rientis. Sermo. viij.

Beatus qui vigi-

b lat et custodit vestimenta
sua ne nud⁹ ambulare. Apo.
xvj. Cōe videt esse hoib⁹ rō
nis vsum habētib⁹ erubesce-
re de nuditate corporis sui in alioꝝ saltez ho
minū ꝓspectu. Et hec erubescētio sm sacre
scripture testimonia videt ꝓuenisse ex cul
pa. q⁹ in statu innocētie ōr de primis parē
tib⁹. Gen. ij. ꝙ erāt ambo nudi⁊ nō erube
scebāt. ⁊ hoc ideo q⁹ puritas innocētie nō
sinebat aliq̄d turpitudinis imaginari: sed
post culpā pdita innocētia cognouerūt se
nudos esse⁊ de sua nuditate erubescere ce
perūt. Sed multo magis erubescendū est
hoi de aīe sue nuditate: puta ꝙ sit sine ve
stib⁹ grē⁊ virtutū. ⁊ rō est q⁹ nuditas cor-
poralis pōt esse sine culpa. puta vel ꝓpter
inopiā paupertatis. sicut ōr Mat. xxv. Nu
dus eram: ⁊ cooperuistis me. vel ꝓpter vio
lētiā ꝓdonū: sicut ōr Job. xxiij. Nudos
dimittūt homines indumentū tollētes: q̄
bus nō est operimentū in die frigoris. Sz
nuditas aīe q̄ est priuatio gratie⁊ virtutū
semp excludit culpā vel originalē vel actua
lē: ⁊ culpa fōme ē erubescibilis sicut ps. q̄
ꝑbm in. xj. Ethi. Nā ibi dicit ꝙ hoies non
solū erubescūt vitia: sed etiā figurā vitioꝝ
vñ hoies q̄ timēt verecūdiā nō solū absti-
nent ab his q̄ sunt de mala: sed etiam ab
his q̄ habēt speciē mali. Vñ si figura cul-
pe erubescibilis est multomagis ipsa cul
pa. Nuditas ergo anime cū vt dictū est ꝓ
supponat⁊ includat culpā: ps ꝙ erubesci-
bilis est. ⁊ longe amplius q̄ nuditas cor-
poris: q⁹ ꝑfusio nuditatis corporis est so
lū in cōspectu hoim. cōfusio ꝑo nuditatis
aīe est in cōspectu dei⁊ sctoꝝ angelorum
ad quoꝝ scz felicitatis cōsortiū nullus ad
mittit sine gre vestimento. nullusq̄ eo ve
stitus excluditur. Et ideo bene dicit inver
bis ꝓpositis. Beatus qui vigilat ⁊c. B

In quibus quidē verbis tria cōtinentur.

Nam primo ꝙ spondetur premium glorio
sum. quia beatus.

Scōo suadetur studiū fructuosum. cuꝫ
subdit. q̄ vigilat⁊ custodit vestimēta sua.

Tertio precauetur opprobrium ignomi
niosum dum infertur. ne nudus ambulet.

Circa primū notandum

est ꝙ premiū gloriosum est ꝑmiū beatoꝝ
q⁹ beatitudo est illud summū bonū i quo
omnis boni ratio ꝓtinetur. vnde Boetius
dicit ꝙ beatitudo est stat⁹ oim bonoꝝ ag-
gregatiōe perfectus. Videmus aūt natu-
raliter ꝙ p remotionē vnius contrarij ꝑ
uenitur ad perfectionē alterius. sicut res
efficit frigida p remotionē caloris. ⁊ illud
est albius quod est nigro impermixtius. ⁊
ideo p remotionem mali peruenit ad per-
fectionem boni. Malū autem culpe plus
habet de ratione mali q̄ malū pene. vnde
culpa facit hoiem malum: non autē pena.
Et ideo nō potest homo peruenire ad per
fectissimū bonum quod est beatitudo: nisi
p remotionem omnimodam peccati quod

est malū culpe. Et hoc ostēdit ꝑs. cū dicit.
Beatus vir q̄ nō abiit⁊ i cōsilio impioꝝ⁊ i
via pctoꝝ nō steterit⁊ in cathe. ⁊c. Jn quib⁹
q̄dē verbis ponit tripler negatio q̄ ꝑfecta
innocentiā cōprehēdit⁊ oīmodā remotio
nē pcti. Cū em̄ loquēdo de pctis omne qd
est in mūdo sit ꝓcupiscētia carnis⁊ cōcu-
pi cētia oculoꝝ⁊ supbia vite. s. Jo. ij. Pec
catū carnalis voluptatis⁊ lasciuie: pctm̄
cupiditatis⁊ auaritie: pctm̄ elationis⁊ su
perbie. Quoꝝ primū carni, scōm mundo
tertiū diabolo appropriatur. Prima nega
tio q̄ est non abire in cōsilio impioꝝ exclu
dit pctm̄ elationis⁊ superbie. qō demonis
bus appropriat. ipi em̄ sunt impij quoꝝ
pctm̄ fuit cōsiliū post creationē a deo rece
dere p elationē. Sm illud Esa. xiiij. Quō ce
cidisti de celo lucifer qui mane oriebaris.
Corruisti in terraꝫ q̄ vulnerabas gentes: q̄
dicebas in corde tuo. Jn celū cōscendā su
per astra dei exaltabo solū meū: sedebo i
mōte testamēti in lateribꝰ aq̄lonis ascēdā
sup altitudinem nubiū: similis ero altissi
mo.⁊ Gen. iij. Eritis sicut dij. Qui igit⁊ su
pbia extollit in cōcilio impioꝝ ambulat⁊
a deo⁊ a suo cōsilio recedit⁊ hoc est furui
tas maxima: q⁹ ad bonū cōsiliarium requi
ritur⁊ prudētia⁊ benivolentia. vñ qui ab
inimico⁊ maliuolo consiliū accipit⁊ consi
liū amici⁊ prudētis relinqt: stultissim⁹ ē.
Christus aūt amicus⁊ prudentissimus est
dās ꝓsiliū humilitatis dicēs. Mat. xj. Di
scite a me q⁹ mitis sum et humilis corde.
Diabolus aūt hostis noster est maxim⁹⁊
est etiā fatu⁹: immo fatuissim⁹ vt patuit i
effectu: q⁹ ibi stare nesciuit vbi nunq̄ aliqs
vt ipse ceciderit. Si ergo elationes aut super
bia nobis cōsulat. spernaf eis ꝓsilium⁊ ad
hereaf consilio xpi. Tob. iiij. Consiliū semp
a sapiēte perquirere⁊ oī tpe benedic deū⁊
pete ab eo vt vias tuas dirigat.⁊ oīa consi
lia tua in ipso permanēt. B Scōa negā-
tio q̄ est in via pctoꝝ nō stare excludit pec
catum cupiditatis et auaritie. qō mūdo ap
propriatur. Est em̄ mūdus vis peccatorum
q⁹ q̄diu in ipo sum⁹ peregrini sum⁹. Unde
re pctm̄ ꝙaliter nō possum⁹, caueat tñ qui
libet ne i eo stet. Quia sic est de arena seu
sabulo viuo quod iurta mare in locis pluri
bus inuenit. Hoc em̄ currentes⁊ velociter
transeuntes supportat: stantes ꝑo absorbet
et deuorat. sicut mundus iste ꝓpter qō me
rit ꝙ dici pōt, Terra q̄ deuorat habitatores
suos. sicut ōr. Num. xvj. ideo cauendus est
hic per amorē stare. Gen. xix. Non stes in
omni loco circa regiones. sed in monte sal
uum te fac. Tertia negatio scz i cathedra
pestilentie non sedere: excludit peccatum
voluptatis et lasciuie. qō carni attribuit.
Et signāter per cathedram pestilētie intelli
gitur. q⁹ em̄ caro locus est ipsius aīe. in q̄
quidē residet q̄n in ea delectat. ideo p ca-
thedrā intelligit q̄ cōueniēter ōr pestilen-
tie. Est em̄ pestilentia sm ysidoꝝ. iij. Ety-
mologiarū contagiū quoddā qō dū vnum
apprehēdit celeriter trāsit ad plures. Dici
tur aūt pestilētia q̄si pastulē. ta. l. a pastu.
Sic fuit de infectione carnis. Ipsa em̄ in
primo parēte inchoacta ad posteros deri-
uata est celeriter. Et bene a pastu hec pe-
stilentia ōr. q⁹ a pastu cibi vetiti originē ꝓ
sumpsit. vñ videt dōs dixisse ipsi primo pa
rēti illud Exo. ix. Percutiā te⁊ pplm̄ tuum
peste. Sed cum ipsa caro pestilens fit: ma-
xime q⁹ nō solū a parentib⁹ in filios transit
infectio. Sz etiā in eodē hoīe a carne in spi-
ritū vt dicit Ghrysostomus. Nulla res sic precedit
virtutē sicut corpalis voluptas. Et Augu.
ad Marimū comitē. Nullū pnitiorem pa-
trē hostē q̄ corp⁹ in quo habito. ē em̄ qua
si leo subuersor i domo mea vndiq̄ me pe
stifero motu lacerādo cōsumēs. Sz cōtra
hāc corpis pestilentiā remediū hr̄i pōt ne
ipūs sibi coniūctus infectionem incurrat.
Nā Auicēna in primo canonis docet. q⁹ si
aer est pestilentialis obuiandum est ei ere
cādo corp⁹. Et sunt sm eundē in eodem li-
bro exicatiua mor⁹ vigilie⁊ nutrimēti pau
ciaꝫ spūs hec obseruāda sunt vt videlz cor
pus exicetur motu. i. laboribus⁊ vigilijs⁊
ieiunijs vt sic eius vis infectiua minuaf.
Eccli. xl. Attende tibi a pestifero. fabricat
enim mala. ¶

Secundo in themate

ꝓposito suadet studiū fructuosū. s. vigilan
di⁊ custodiēdi. Uñ primo cōuenit esse sol-
licitū sicut ē ille q̄ vigilat. scōo cautū sicut
mū notandū ꝙ spāliter custodes portarū
missas solent vigilare ne hostes ingrediun
tur⁊ p eoꝝ negligentiā⁊ sopore ciuitas
mittaf. Terre dōs noster fuit in parte lon
ginqua⁊ tradidit cuilibet custodiam ipi.⁊

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideo debꝫ qlibet vigillare vt qñ dñs venerit possit reddere bonaꝫ rõnẽ ⁊ bonũ cõputuꝫ de officio custodie sue. Et iõ ỽ Mar. xiij. Janitori ꝓcepit vt vigilet. Vigilate ergo. Nescitis enĩ qñ dñs veniet. Jn quib⁹ q̃dez verbis debem⁹ attendere quattuor.

Primo cõmissam custodiã. qz janitori.

Secundo iniunctum obedientiam. qz ꝓcepit vt vigilet.

Tertio sollicitam diligentiam. qz vigilate ergo.

Quarto suspectam ignorantiam. qz Nescitis enim quando dñs veniet. ℣

dote cui peccator confitetur. Et canone est taxatum est regulariter q̄ pro quolz peccato mortali septennis penitentia peragatur: vt sicut propter peccatum septiformē gratiam amisit: ita et per septennem penitentiā recuperet eam. xxxiij. q. ij. Hoc ipm xxiij. q. s. Predicandum. Sed in speciali in canonibus apostolorum ꝑm diuersa crimina t diuersas cōditiones hominum diuerse penitentie iniungūtur. Verbigratia de aliquibus paucis. Nam dicitur ibi q̄ perjurus per. xl. dies in pane t aqua peniteat per. vij. annos t semper debet esse in penitentia. s. interiori. vj. q. j. Quicunq. Falsificans mēsurā. xxx. diebus in pane t aqua peniteat. ex de emp. t vē. Et mēsure t pōdera. Jtē qui ꝓpria naturā peccauerit si est clericus deponi dz vel religiōi tradi si coerigibilis appareat ad ꝑpetuam penitētiā peragendā. Si laicus excōicari t acetu fidelium vsq; ad cōdignā satisfactionē fieri alienus. ex de excessi. pla. Clerici. Jtē si q̄s votū simpliciter violauerit trib⁹ annis penitere dz. xxvij. Si vir. Jtē q̄ qui alium iniuste accusat ad mortē. xl. dies i pane t aq̄ peniteat p. vij. annos si accusat⁹ occisus fit si membrū pdidit per triennū. ex de accusatis. Jtem si parentes frangunt spōsalia filiorum triennio separent a communione t filij sic si in culpa sint. si autem filij ꝑmissionem factam contrarierint liberatur vterq;. Intelligas quoad penā ecclesie: nō quoad reatū: er quo dederūt operā in cōtrariū. xxx. q. iij. Si qui parentes. Et similiter tarantur ibi penitētie de multis alijs peccatis. Ergo semp septennis penitentia imponēda est nisi maior vel minor inueniatur a canone expressa. In quo casu si crimen publicum sit publica nō minor vel maior q̄ scripta sit est penitentia imponēda nisi ex magna causa dispensef. Si aūt est occultū tūc discrete arbitrarie ꝑponatur. Et ideo tenetur hodie q̄ penitentie q̄ a sacerdotibus confitentibus imponunt arbitrarie sunt: t arbitrio sacerdotis tarā de relinquuntur etiam ille que sunt per canones diffinite t pz hoc ex de pen. Deus qui. Ubi p homicidio t fornicatione mandatur penitentia imponi ꝑm arbitrium sacerdotis: cū tamen sit a canonibus diffinita. Ergo sacerdos penitētias taxare potest t debet consideratis circūstātijs criminis qualitate t quātitate. Jtem ꝑsone dignitate officio t paupertate infirmitate seu debilitate complexione consuetudine societate lachrymis t deuotione. Item regionis et temporis qualitate nec non t altijs circunstātijs. xxvj. q. vij. Tempora. t de pe. ni. di. j. Mensuras. Sed siue quantum ad penitentias que iniunguntur a canone siue quantum ad eas que a sacerdote sciendum q̄ dupler est forus iudicij animarum scz dei t ecclesie. Contingit ergo aliquādo peccatorem esse absolutum in vno t nō in altero foro. Nam aliquando absolutus in foro ecclesie non est absolutus in foro dei t aliquando ecōuerso. Ergo si alicui sit iniuncta in foro ecclesie penitentia maior q̄ sit condigna in foro dei: in foro ecclesie restetur ad eam totam: sed in foro dei non tenet nisi ad condignā. ideo q̄diu est in foro ecclesie debitor pene est quouscq; totam eam compleuerit: sed si transeat ad forum dei peracta cōdigna nullā penā sustinebit. Sed si minor fuerit iniuncta q̄ fuerit condigna cum transierit ad forum dei. s. ad purgatoriū: supplebit ꝑ illā penā quicquid minus fuit iniunctus: erit tn acerbior illa pena fere incōparabiliter q̄ fuisset illa penitētia: quia in diuino iudicio plus ponderat in valore vna modica pena plena vel ētaria q̄ multa in purgatorio que nō est sic voluntaria sicut plus valet modicus auri q̄ multus plumbi. Unde fit quedam equalitas t iusticie recompensatio: qz pena presens est minor in acerbitate t maior in valore: illa autem minor in valore t maior in acerbitate: ꝓpter quā acerbitatē iterū alia ibidē afflicta clamat miseremini mei. quasi dicat si mihi misereamini t suffragia impendatis: liberabor ab hac acerbissima pena. Et iō. iiij. Reg. s. dicit defunctus ibi afflict⁹ ꝙsanguineo vel amico suo. Obsecro vt miserearis ale mee. Secūda rō quare bis dicit miseremini mei est ꝓpter duplices penā quā patif. s. penā dāni de carentia visionis diuine: t pena sensus de afflictiōe ignis. Et quantū ad vtrāq; minima pena purgatorij est maior maxima pena mūdi. Quantū ad penā dāni p⁹: qz quanto aliquid magis desideratur tāto ei⁹ ablentia molesti⁹ tolleratur. Et qz affect⁹ quo desiderat summus bonū post vitā istā ab oibus sanctis est intēsior. Ergo aliquis affectus rei temporalis in vita maxime cum tempus habendi ias ad uenerit: ideo afflictio de carētia est maior.

Quātū autem ad penā sensus patet: quia cum dolor nō sit esset taliter ipa lesio sed lesiōis sensus: tātomagis doler aīa quāto magis sentit lesiū aliquod. ideo ab igne immediate in ipsam agente que est origo sensus maxime affligitur. Et clamare possunt anime que tali penali affliguntur ad quēlibet cōsanguineū vel amicum hic viuentem t dicere illud Marci. ix. Si quid potes adiuua nos misertus nostri.

B Jn quib⁹ quidem verbis petunt suffragia ꝓ se fieri tripliciter.

Primo ex facultate. si quid potes.

Scōo ex charitate. adiuua nos.

Tertio ex pietate. misertus nostri.

Dicit ergo quātū ad primū. si q̄d potes. Nam quilibet aliq̄ modo pōt. scz qz aliqui sunt qui possunt ꝑ eis missas celebrare sicut sacerdotes: aliqui q̄ possunt ꝑ eis elemosynas dare sicut seculares diuites. oēs aūt generaliter possunt ꝑ eis orare etiam si sint paupes vel infirmi. vñ Tobie. iij. Quō potueris ita esto misericors. Quātū ad scōm debem⁹ eos ex charitate iuuare: sicut frater debet iuuare fratrē. Nā frater q̄ iuuatur a fratre quasi ciuitas firma t ideo dicunt adiuua nos. Unū si sit aliqs frater ipsius defuncti cognatiōe sicut consanguinei dicuntur fratres: siue charitatis dilectione. sicut oēs qui sunt in charitate dicunt fratres de qua fraternitate dr Roma. xij. Charitatē fraternitatis inuicem diligētes: debeat defunctos fratres p suffragia iuuare. Jn cuius figura dr. s. Abdiae. iij. q̄ adiuuabāt eū oēs fratres sui.

Tertio petunt sibi subueniri ex pietate cum dicunt. misertus nostri. Ubi est maior miseria ibi hō qui pius est magis compatitur t magis miseretur: sed in purgatorio est miseria maioris inopie q̄ sit in mundo quia si possent ꝓ vno denariolo liberari ab illa pena nō habēt vnde soluant et sunt in tanta imporentia q̄ si per vnum pater noster possent ab illa pena erui: dicere illud non possunt. et ideo dicere flagitant cuilibet homini per illud Judith vij. Tu qui pius es miserere nostri.

Secundo defunctus

in purgatorio existens petit miam a nobis ratione mutue beniuolentie quam habent nobiscum: quā allegat dicens. saltem vos amici mei. Eris est sunt que consuuit verus amicus ꝑdere amico suo. Primo dilectionē et hoc debetur oīni tempore Proverb. xvij. Omni tempore diligit qui amic⁹ est. Et si oīni tpe ergo nō solum ante mortē sed etiā post mortē. Jtē cōpassionē. scz in aduersitate. Eccli. xij. Jn malicia scz aduersitat⁹ amicus est. Et si compatitur viuo magis debet compati mortuo q̄ est in maiori pena. Jtē cōsueuit impendere subuentionē. s. in necessitate: alias non esset verus amic⁹. Eccli. vj. Est amici⁹ socius mense et nō ꝑmanebit in die necessitat⁹. Talis est q̄ amico suo vel cōsanguineo defuncto in tanta necessitate existēti: sic est in purgatorio nō subuenit per suffragia. Et de tali pōt dici illud Job. vj. Qui tollit ab amico suo miam: timorē dñi derelinquit. Jn q̄b⁹ quidē verbis tāgitur tripler culpa que plrāq; circa defunctum amicū committitur.

Prima est culpa crudelitatis in eo qui tollit misericordiam.

Scōa ē peruersitatis. scilicet tollere ab amico suo.

Tertia est fatuitatis in eo qui timorem dñi derelinquit.

Circa p̄mū notandū q̄ tollere miam ob eo q̄ est i miseria ē culpa crudelitatis. Uñ cū illi q̄ sunt in purgatorio sint in maxi miseria q̄ viuētes: nō maior crudelitas est miam eis nō facere. ꝓpterea dr Jac. ij. q̄ iudiciū sine mia fiet ei q̄ non fecerit miam. Ad cui⁹ euidētia est notandū. q̄ subueniendo defunctis q̄ sunt in purgatorio impletur oē opus mie. Nā vnū opus mie est pascere esurientē t aliud potare sitientes. ipsi aūt vehemēter esuriunt illū cibū t sitiunt illū potū: de quo dr Luc. xxij. Dispono vobis sicut disposuit mihi pater me. reg. vt eda. et biba. super men. meā i regno meo. Sed nō possunt ad illū cibi vel potū sacietatē peruenire: nisi prius soluat debitum quo in purgatorio detinent. vñ qui ꝑ eis tale debitum soluit eos ad hui⁹ quodāmō societatē pducit. Aliud opus pietatis est vestire nudus. scz q̄ in purgatorio detinent habēt alias nudas. nō solū a veste corpis: nis. de qua dr Eccli. xlv. Jnduit eum stola glorie. quā induere non possunt quousq; nō sint purgati t a reato illius pene absoluti. Qui ergo eis vt absoluant operā au induant. Aliud op⁹ misericordie est pere-

Universidad de Deusto
Biblioteca

grinum et hospitem in domo sua colligere. Sed illi nō recipiunt in domo dñi in qua mansiones multe sunt quousq; sunt a retu illis pene detenti. vñ q̄ eos iuuat vt de inde liberent q̄si peregrinus ꝛ hospites in hospitio celestis mansionis colligi ac recipi facit. Aliud opus pietatis est infirmum visitare vel iuuare. Illi aūt tanq̄ infirmi sunt grauibus doloribus afflicti et viribꝰ destituti quibus se iuuare possunt. vñ qui eis suis suffragiis auxiliū impendit: infirmū q̄si p affectū visitat et liberationis sue medelam propinat. Aliud opus mie est ad carceratū ire et eū pietatis auxiliis consolari. Sed illi q̄ sunt in communi purgatorio q̄ iuxta infernū in terre visceribꝰ esse creditur q̄si in centro et profundo carcere detinētur. ꝛ q̄ tali impēdit suffragium ille est qui carcerato prebet consolationis ꝛ liberationis auxilium. Qui autem eis suffragia misericordie non impendunt hi sunt qui iudicium sine misericordia recepturi sunt: scz a xp̄o dicente proeis tanq̄ pro membris suis: vt habetur Matth. xxv. Discedite a me maledicti in ignem eternum ꝛc. Et post. Q̄diu non fecistis vni de minoribꝰ his nec mihi fecistis. Et sic iudicium sine misericordia fiet ei qui nō fecerit misericordiā. Unde in p̄s. cviij. Pro eo q̄ nō est recordatꝰ fa. mi. Et post. Dilexit maledictionē ꝛ veniet ei. scz cum dicit: Discedite a me male. ꝛc. ℭ Scdo in auctoritate inducta tangitur culpa magne peruersitatis: cum dicitur. ab amico suo. Nam sicut inimico suo gratias impēdere est magne charitatis: ita ab amico misericordiam subtrahere ē magne peruersitatis ꝛ iniquitatis. Et quia multi sunt quid defunctis amicis ꝛ consanguineis defunctis quasi nihil curant ꝛ eoꝝ miserie non subueniunt: dicitur et persona defuncti in p̄s. lxxxvij. Elongasti a me amicum ꝛ proximum et notum. me. a mi. Multi em̄ amicū in miseria ꝛ aduersitate dereliquūt: qui ei in prosperitate adherebant ꝛ fauebant. Et tales faciūt sicut fecerunt xp̄o discipuli sui qui eum ad nupcias comitati sunt: ꝛ in passione relicto eo fugerunt. Sine Mel musce: cadauera lupi: formice grana sequūtur: predaꝝ sequitur turba ista non hominem. Et ideo Iheremias. ait. Cū quis positus in prosperitate diligitur: incertum est valde vtrum possessor vel prosperitas diligatur: amissio felicitatis vim interrogat dilectionis. Qui enim in aduersitate proximū deserit. aperte cognoscitur q̄ hūc in prosperitate nō amauit. Sed adhuc quidaꝝ alij sunt qui ergā amicos vel cōsanguineos defunctos crudelius ꝛ neq̄us se habēt. q: non solum tollunt ab eis miam: scz elemosynas de proprio q̄ eis non faciēdo: sed etiaꝝ auferunt ab eis iusticiam: legata ꝛ elemosynas q̄s pro se fieri ipsi defuncti indicauerūt dirripiēdo vel impediēdo vel sibi retinēdo. Et de tali conquerit ipse defunctus dicens. illud Job. xxvij. Abstulit iudiciū meuꝝ: et ad amaritudinē pduxit aīam meam. Tales non sunt amici sed verius inimici. De quibꝰ dr Matth. x. Inimici hominis domestici eius. ℭ Tertio in auctoritate inducta tāgitur culpa magne fatuitatis. q: timorē dñi talis derelinquit. i. dei reuerentiā: in quo ꝛ propter quem p̄rimū diligere debet ꝛ ipsi in necessitate subuenire: sc̄z qui timorē dñi derelinquit fatuꝰ est. Stultus em̄ valde esset qui dereliqueret illud quod excluderet ab eo omne malum ꝛ conferret sibi omne bonū. ꝛ talis est qui timorem dñi derelinquit. Omne enim malum q̄ habemus aut est malum culpe. idest peccatum quo inficimur: aut malum pene quo affligimur. Sed vtrunq̄ malum: excludit a nobis timor dñi. Primo malum peccati. Eccli. j. Timor dñi expellit peccatum. Quilibet enim illud quod odit a se conatur expellere. Prouer. viij. dicitur q̄ timor dñi odit malū. scr culpe: ꝛ ideo non permittit illud intrare in domum cordis. Iterū custodit. a malis pene. vnde. Eccli. xxxiij. Timenti deum non occurrent mala. sed in tentatione deus illum conseruabit et liberabit a malis. Augu. in senten. prosperi. Custodit nos dñs ab oī malo. non vt nihil patiamur aduersi: sed vt ipsis aduersitatibus anima non ledatur. Item timor domini confert homini omne genus boni. Quod est tripler sm philosophum. scilicet bonum vtile: delectabile: ꝛ honestum. sed per timorem dmini habentur bona vtilia ꝛ tēporalia sicut ait p̄s. xxxiij. Timete dominum oēs sancti eius q̄m nō est inopia timentibus eum. Item bonum delectabile. sm illud Eccli. j. Timor dñi delectabit cor. Et i p̄s. xxx. q̄ magna multitudo dulcedinis tue dñe quam abscondisti. te. Glosa. quam impius non sentit. q: de febre iniquitatis placatum cordis amisit. Itē bonū honestum. sicut est lumen

gratie intrinsecū. Quia vt dr Eccli. xxxiij. Timentis dñm beata est anima eius. i. habebit beatitudinem eternam. ℭ

Tertio in themate assumpto petit defunctꝰ miam rone iusticie punitiue: quā allegat cū dicit: q: manꝰ dñi retigit me. Ubi aduertēdū q̄ manꝰ dñi est iusticia dñi: q̄ existētes in purgatorio non accidit: sed tāgit grauiter q̄nq̄ digitis. i. afflīgit eos q̄nq̄ modis siue q̄nq̄ penis. Nā pma pena est ex glie retardatiōe quā aīa a corpe exuta ꝛ ad eā habēdā dispōsita vehemētissime desiderat hr̄e. ꝛ ideo impedita er sui culpa grauissime afflīgitur clamō die ac nocte illud p̄s. xlj. Cū veniam ꝛ apparebo ante faciē dñi. Scdus digitꝰ. i. scā pena affligēs est ex ardore ignis crudelissimi. de quo dicit Augu. in quodā sermone q̄ ignis ille durior erit q̄ quicquid in hoc seculo penaꝝ videre aut sentire aut cogitar q̄s poterit. Et p̄s etiā rone: q: sicut dr Bap. vs. Fortiorib⁹ fortior instat crucia tio: spūs x̄o separatus fortior: est cōiuncto ergo fortiꝰ cruciat. Et preterea maior est pena passionis q̄ cōpassionis: ꝑ maior est pena q̄ aīa in purgatorio per seipsam patitur q̄ pena quā hic sustinet corpi cōpatiendo. Tertiꝰ digitꝰ. i. pena est ex expectatione. quia a nobis expectāt suffragia cuꝝ er se nihil possint. ꝛ nos parū vel quasi nihil suffragij eis mittimꝰ. ꝛ ex hoc multum affligūt quia spes que differt afflīgit animā. Prouer. xiij. Quartus digitus. i. pene modus est ex penitentie omissione. considerans em̄ q̄ ꝓpter modicaꝝ penitentiam in hac vita volūtarie factā potuisset euadere tam crudelē penā multum dolet q̄ omisit eam. Quintꝰ digitus. i. modus pene est ex aduersarij irrisione. q: lic⁹ demones sup aīas existentes in purgatorio non habent potestates: tñ sequunt eas ad purgatorium deducras de earū penis gaudiū ostēdētes et irrisio ꝛ exultatio aduersarij dolorosa est in miseria existenti. De hac ergo manu dr Jo. xiij. Manum tuaꝝ lōge fac a me. Sed post hoc est alia manus de dextera ad gloriam deducens. De qua p̄s. ait. cxxxviij. Et enim illuc manus tua deducet me: et tenebit me dextera tua. s. in eternitate glorie. Ad quā nos perducat deus Amen.

℔ Explicit distinctio quarta: q̄ egit de conditionibus hoīs iam mortui.

℔ Sequitur distinctio quinta: in qua agitur de diuersitate morientiū in officio dignitatibus: etatib⁹: sexib⁹: fortunis: infortunijs: vel meritis defunctorum: cuius sunt sermones. xlviij.

℔ In funere dñi pape. Sermo primus

Ammus pontifex de hierlm venit in bethuliā. Judith. xv. videm⁹ ad sensum i corpalib⁹ reb⁹ q̄ vn⁹ ꝛ idē motus ꝓpter duos oppositos terminos duoꝝ ꝑuoꝝ cā esse pōt. Sic p⁹ de occubitu solis. in q̄ sol a nobis recedēs in nr̄o hemispherio relinq̄t tenebrositatez: ꝛ descendēs ad locū oppositū iducit ibi luminositatez. ꝛ ita occubitꝰ solis: licz i locis diuersis: ꝛ lumen ꝛ tenebras facit. In q̄ recte repsentat occubitꝰ. i. pōs tranſitus mortis sanctissimi pr̄is nr̄i ꝛ dñi sūmi pontificis. Ipse em̄ velut sol nr̄ i celo siue culmine positꝰ ecclie militātis: nō nobis tm̄: sz etiā toti ecclie siue mundo tā scie q̄ gr̄e lumine pfulgebat: Qui lz nobis ꝓpter suuꝝ decessum magnaꝝ tristicie tenebrositatem relinq̄rit: ipe tn̄ ad lumē vite atq̄ fruitionē leticie tranſijt sempiterne. In q̄ etiam felix trāsiꝰ eis alcēsioni saluatoris nr̄i assimilari potuit: q̄ lz rone recessus suis q̄n relinq̄bat aplis fuerit luctuosa. Sicut em̄ in suo sermone beatꝰ Ber. dicit. Quantus putatꝫ ferēs dolor ꝛ timor irrupit aplica peccatora cū viderūt dñm a se tolli ꝛ attolī i aera et post subdit. dolor: nimis erat: q: videbāt illū ꝓpter quem oīa reliquerāt a suis aspectibus tolli vt nō possent ablato spōso spōsi filij non lugere. Timor: Ho: q: orphani relinquebanꝫ in medio iudeoꝝ. Uerūtamen si cōsiderassent apostoli q̄ ad paterne glorie dexterā cōscendebāt: vnde inde oēs aduersarij sui subderent scabello: securitatis ꝛ gaudij materiaꝝ inuenissent: vnde ꝛ ipse dñs dixit eis. Job. xiiij. Si diligeretis me gauderetꝫ vtiq̄: q: vado ad p̄reꝝ. Sic etiā trāsiꝰ beatissimi patris nr̄i: lz respectu nostri q̄s reliq̄t sit plurimū luctuosus: respectu tn̄ sui q̄ ad felicē vitam trāsiꝰ pōt esse gaudiosus. Fuit ergo trāsitꝰ hui⁹ sanctissimi patris nostri p aduētū summi pontificis de hierlm in bethuliā: de q̄ i assumpto themate agit: ꝑ figuratꝰ: cū dr. summꝰ pontifex de hierlm venit in bethuliā. A

Universidad de Deusto
Biblioteca

In quib⁹ quidē verbis de quōdā patre nostro er dño: in cui⁹ nunc funere sum⁹ ad exhortationē et cōsolationē nostrā describuntur per ordinem tria

Nam primo quidem predicta figura describit nobis quoad preteritum excessum dignitatis: quia summus.

Secundo officium sanctitatis: quia pōtifex.

Tertio quoad p̄sens transitū felicitatis q: venit de hierusalē in bethuliā. i. de ecclesia militante ad eccl'iam triumphantem.

Quantū ad primū scien-

dū est q̄ papa dicitur summus et respectu xp̄ianoꝝ t respectu potētū siue iurisdictionū. Respectu quidē platonū: q: ipse est verter et caput oim. tam patriarcharum q̄ archiepoꝝ vel epoꝝ vel quorūcunq; aliorum. vnde Jo. j. dominus dixit petro cui vicem sumus pontifex gerit. Tu vocaberis cephas quod interp̄tatur caput. Et ō sicut petrus caput erat omniū apostoloꝝ: ita papa caput est omniuꝝ prelatoꝝ: t oēs debent subesse sibi. sicut t membra capiti. Et quo etiā apparet vlterius q̄ cū prelatorū officius sit res ecclesiasticas administrare: is administratiōe ecclesiasticarū rerum magis obediendū est pape q̄ cuilibet alteri prelato: immo etiā si viueret paul⁹ ap̄l⁹ vel quicunq; ap̄l⁹ alius preter. Petrū magis in administratione predicta obediendum est pape q̄ ei. Quod patet etiam nūc. Nam paulus dixit q̄ opꝰ ordinandum sine crimine esse. vt. xxv. d. §. Nunc autem. t tamen auctoritate pontificum episcopi dispensare possunt in crimine adulterij t in minoribꝰ. t hoc quia papa maior est Paulo in administratione. vt. xxiij. di. §. j. Nam papa est loco petri. vt dictū est. t habetur xxiij. q. j. q̄ vnct⁹ t sicut etiā vicarij iesu xp̄i. vt ex de transla. inter corpalia. t ex de benefi. eccle. si non di. cōfe. vt nostrū. t petrus in administratione maior fuit Paulo vel quolibet ap̄lo. vt. xj. q. vj. Puto. xxj. di. In nouo. Secō papa ē summ⁹ respectu xp̄ianoꝝ. Nā i quolibet ordine ille ōr summus cui oēs alij subsunt t ipse nulli subest eoꝝ: sed oēs xp̄iani subsunt pape saltem rōne petri. Cū dns dixit petro t in petro successoribus suis. Quodcunq; ligaueris super terrā erit ligatū t in celis. t quodcūq; sol. su. ter. erit lo. t i ce. t nihil excipit q̄ dixit quodcunq; vt ex de maiori. t obe. cāj Solite. Papa aūt nulli alteri subest viuēti. In casu tn̄ pōt subesse tripliciter alteri. Uno modo ꝓpter heresim. Sic esset ab alio t accusari t iudicari pōt als aūt nō. xl. di. Si papa. ix. q. iij. Alioq. Secō si ipe se submittat iurisditiōi alterij. ij. q. vj. Nos si incompetēter. ff. de iurisdi. om. iu. l. est receptus. Tertio si ipsemet se deponat. vt. xxj. di. Nūc aūt. Tertio papa dicitur summ⁹ respectu potestatum siue iurisditionum. Nam ille maior est dignitate qui est vniuersalior i potestate. Quod apparet ex naturali: q: sol sicut hꝫ virtutem vniuersaliorem q̄ luna: ita etiam habet naturam dignioꝛem t altioꝛem. vnde t in altiori loco est positus: quia ordo situum correspōdet ordini naturarum. Papa autem habꝫ potestatem magis vniuersalē q̄ aliquis aliorū. Nam imperator hꝫ habeat ptātem sup laicos in temporalibus non tn̄ habet in spūalibus. Sed papa hꝫ vtrāq; potestatē t vtrūq; gladiuꝫ habet. Ixiij. di. Tibi dño. Unde t reges deponit. xv. q. vj. Alij t ca. Nos sanctoꝝ. t ca. Juratos. j. q. iiij. Quia p̄sulatus. xcvj. di. Duo sunt. t non solus regnum constituit immo transfert. ex de elec. Uenerabilē: imo etiā imperatoꝛē elector papa hꝫ approbare electionē cōfirmare vel infirmare t ipm cōfirmatū etiā consecrare. Et hec oīa ꝓbant i predicta decretali. Uenerabilē. Item etiam papa imperatoꝛes deponere potest. Si em̄ zacharias papa regem francoꝝ qui a romano pontifice coronā non recipit nec p eū examinat nec approbatur ab eo vel reprobatur non tam ꝓ suis iniquitatibus q̄ ꝓ eo q̄ tante potestati erat inutilis a regno deposuit et aliū loco eius instituit. xv. q. vj. Alij multo fortius imperatoꝛē qui ipecialiꝫ subest ei potent remouere. xcvj. di. Duo sūt. et ca. Si imperator: Ad talē ergo summū apicē dignitatis p legitime electionis ꝓsensum ille noster defunct⁹ pater puenit: et summā pōtificat⁹ cathedrā tot annis laudabiliter tenuit: cū vigilanti cura cōmissum sibi et diuina ꝓuidentia regimine exercendo: ita vt ad ipm referri possit qō ōr. j. Machab. xiij. Consenserunt eū esse summū sacerdotem t vt constitueret p̄positos. Ex Jn quibus verbis pontificatus ex tribus commendatur.

Primo ex legitima electiōe. cui ꝓfeserūt

scs veri t legitimi electoꝛes.

Secō ex sublimissima platione. scs esse summum sacerdotem.

Tertio ex prouisa gubernatione. quia prouiderunt de gubernatoꝛe idoneo. cui scs cura esset ꝛc.

Ostendit ergo p̄mo ad summi pontificat⁹ apicē puenisse p legitimā electionez. q: cōsenserūt veri t legitimi electoꝛes. scs dñi cardinales. Cōsenserūt inquā liberaliter absq; numeris cuiusq̄ receptione vt ex cluderet oēs simonia: ꝓpterea q̄ simonia cuius consensus in electionibꝰ inducit reatū magnū nō tā in dantibus cōsensum q̄ etiā in recipiente. Unde de fic electo vel eligētibꝰ dicit de⁹ Leui. xx. Succidaz ipm et oēs q̄ cōsenserūt. Itē consenserūt vnanimiter sine dissensione vt excluderet ptinax discordia: q̄ tn̄ sicut scitis electionem non impedit dūmodo due ptes consentiāt electoꝛ scs dominoꝝ cardinaliū als non valeret electio. vt extra de electio. Gz elegerūt quoq; prudēter t cuz discretione vt excluderet. s. inde liberata ꝓuidentia. t hoc cōsenserūt in hoīem ꝓbū tustū litteratū t vndequaq; idoneū ad summā dignitatem. ita vt de poterint dicere illud p̄o. liij. In domo dei ambulauim⁹ cū consensu. s. liberali cōcordi t prudēti. Secō. q̄ in auctoritate inducta cōmendatur status preteritus scrissimi patris nostri ex sublimissima platione. q: constat eū fuisse summū sacerdotē. Circa qō aduertendū q̄ sacerdotes dicūt q̄si sacra dātes. i. dispensantes. sunt em̄ dispēsatoꝛes sacramentoꝝ Unde t ille q̄ est p̄cipalis t summus sacramētoꝝ dispensator: hic ōr summus sacerdos. t hic inter fideles est vnus tn̄ scs papa. Qō em̄ p suā perabūdantiā ōr vni soli cōuenit. Aut pbus dicit summus aūt dicit supabundāriā. et ō tn̄ vn⁹ est summ⁹ sacerdos sup oēs sacerdotes q̄ sunt in terris: qui. s. est vicarius xp̄i qui fuit sacroꝝ dñs. Papa aūt qui est eius vicarius non dñs est vt xp̄s: sed p̄cipalis dispensatoꝛ: ipsius. Etem̄ quodāmodo maior hoīe sed minoꝛ deo. extra de transla. Inter. Cū ipse summus est inter omnes sacerdos habēs plenitudinē potestatis. Alij ꝛo in parte sollicitudis. ij. q. vj. Decreto. t. ca. Qui mus dispensatoꝛ: sacramentoꝝ et hoc euidenter apparet: qz in omni sacramentoꝝ genere sunt aliqua sibi soli reserua ta ad q̄ nulla aliorū sacerdotum potestas aliquatenus se errēdit. Ad cuius euidentiā est notandū q̄ tria dicūtur esse genera sacroꝝ. Sunt enim sacra signa: sacra mysteria t sacra opera. Sacra nāq; signa dicūtur sacramēta. quia sacramentum est sacre rei signuz. Jn sacramentis aūtē aliquid potest papa qō nullus aliꝰ potest. Uerbi gratia. primo quoad sacramentum ordinis. qz ipe solus ordinat diaconū quē ordinauit subdiaconū. extra de tēpo. ordi. t quali. or. Cum in distribuēdis. Itez ordinat eodē die quo consecrat. extra de elec. Nō sicut. §. Sup eo. t ipse solus dispensat cum eo qui excōmunicatus celebrauit vel recepit ordines. xj. q. iij. Si quis episcopus. Item solus pōt conferre ordinem diaconatus die dñico t aliꝰ p̄cipuis festis. Item quoad sacramentum confirmationis: qz solus potest cōmittere sacerdoti q̄ chrismet siue cōfirmet. qz hoc pertinet ad perfectionem ordinis mystici super qō habet papa plenissimam potestatem vt sanctus Thomas de aquino dicit. Item quoad sacramentum matrimonij. quia quoad multos casus dispensare potest et potest artare t larare impedimenta. ex de cōsangui. Nō debet. Item sunt sacra mysteria sicut mysteria fidei vel sacre scripture. Nam sacra scriptura est scriptura fidei. Determinare autem vel declarare ea que sunt fidei vt ab omnibus inconcussa fide teneātur: hoc pertinet ad auctoritatē summi pōtificis: ad quē maiores t difficiliores questiones ecclesie referuntur prout dicitur in decre. Unde et dominus. Luce. xxij. petro dixi quē summū pontificem constituit. Ego pro te rogaui petre vt non deficiat fides tua: t tu aliquādo conuersus confir. fra. tu. Et ideo ꝓpue ad ipsum summum sacerdotem referri potest quod dicitur Mala. ij. Labia sacerdotis custodiunt scientiam. et legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituū est. Item sunt sacra opera sicut vota peregrinationes animaruꝝ absolutiones religiosoꝝ pfessiones t sanctoruꝝ canonizatiōes t similia. Jn quibus oībus habet papa super oēs sacerdotes singulares potestatē. Nam ipse solus potest votū hierosolymitanū cōmutare: t solus potest cōcedere vt quis veniat contra votum licitum

vel de quo dubitaf an sit licitū. Primū ꝓbaf. extra de rescriptis. ⁊ extra de iureiurādo. Veniēo. Scōz ꝓbaf. extra de electio. Venerabilem. Ipse q̄z solus pōt dare absolutionē ⁊ dispensationē cū eis q̄ inciderūt in canonē. in quib⁹ pape reseruata est auctoritas ⁊ solū excōmunicatum a se absoluere. extra de electio. Venerabilem. Ipe sol⁹ ꝓhibet ꝓfessionē i religiōe infra xviij. ānos. extra de regularib⁹. Q̄ in insulis. q̄ō th ibi speciale est ꝓpter loci asperitatē. secus est alibi q: ꝓfiteri pñt post tēpus pubertat⁊ tā masculi q̄ femine. r. q. s. ca. j. ⁊. q. ij. Si in q̄libet. ⁊ ca. Puella. et q̄ intrās pōt exire libere infra annū. extra de regu. Statuim⁹. et si interim fiat ꝓcessio nō valet vt i nouella ino. extra de regula. Nō solū. Ipse q̄z solus ascribi facit canonizatos cathalogo sctōz: Et ita patz quō est p̄cipalis ⁊ sum⁹ dispēsator sacroꝝ ⁊ dator: Et iō non immerito sum⁹ sacerdos vocat tanq̄ successor symonis. i. petri Et figurat⁹ est i illo symone machabeo. de quo ō. j. Mach. xiij. Audierūt q̄ symon fact⁹ esset sum⁹ sacerdos, Sed videte mutationē mirabilē: q: iste q̄ heri viuens erat sum⁹. hodie mortuus fact⁹ est infim⁹. ⁊ q̄ heri regebat orbē. hodie fact⁹ est vt redigat in vilissimū puluerē. vñ bīus Bernar. bene monebat Eugeniū papā dicēs in libro de cōsideratiōe. Uidēs te esse sum̄ū sacerdotē. cogita pariter te futurum in vilissimū puluerē. Sed adhuc tertio in auctoritate inducta cōmēdatur ꝓsulat⁹ ipsius ex ꝓuisa gubernatione. quia ꝓuide elect⁹ est ad sum̄ū pontificatū. vt esset illi cura ꝓ⁹ sctō. vt cōstitueret ꝓpositos. Quia em̄ salus populoꝝ fidelīū et manu ecclesiarū dependet seu ministroꝝ eccl'ie: ⁊ ministrorum salus ex sufficientia prelatoꝝ: ideo summo pontifici specialior cura debet esse de sctis. i. de clericis: ⁊ ministris ecclesie: qui sancti esse debēt: quia ipsi spāliter sunt electi vt diuinis sint ministerijs mācipati. vñ Numeri. xvj. dicit de leuitis qui clericoꝝ gerebant figuram. Sctōs applicabit sibi: ⁊ quos elegerit appropinquabūt ei. Et tales clericos ⁊ ministros debet etiā sum⁹ pōtifex suo collegio ⁊ ꝓsortio seu ministerio applicare. non simoniacos: nō fornicarios ⁊ nō immundos ⁊ pctōres: sed sctōs. Debet etiaz eides summo pōtifici specialior esse cura ad prepositos. i. episcopos. de quib⁹ ō. j. Ti. iij. q̄ opz episcopū esse modestum nō litigiosum nō cupidū sed sue domui bene ꝓpositum. Debet em̄ tales instituere ꝓpositos in ecclesijs. i. epos vel prelatos. de quib⁹ nō posset dici illud. ij. Esdre. viij. Prepositi ⁊ magistratus principes erant iniquitatis. Sed potius tales debet instituere vt possit dicere ecclesijs vel ciuitatibus quibus concedit epos illud Esa. lx. Pona visitationē tuā pacem: ⁊ prepositos tuos in iusticiam. Non audietur vltra iniquitas in terra tua: vastitas ⁊ contritio in terminis tuis. Et talis ꝓfecto fuit cura ⁊ sollicitudo istius peruigil quātū in eo fuit. D

Secūdo quod describit

bit in themate assumpto est officiū sctitatis q̄ō habuit dñs noster dum viueret sec⁹ q: pontifex fuit. Pontificat⁹ em̄ requirit oīmodā sctitatē. Et ratio huius est: q: oīs agēs agit sibi simile. pur ꝓbus dicit. Doc em̄ in naturalib⁹ ꝓsupponit ꝓfectionem nature q: tunc vnūquodq; perfectū dicimus: q̄n potest tale alterū facere quale ipsum est. sicut dicim⁹ ꝓfectū esse hoīem q̄n hoīez generat potest. Doc ergo q̄ō in naturalibus videtur esse necessitatis. scilz q̄ agens agat sibi simile. in moralib⁹ ⁊ spiritualib⁹ est cōgruitatis. Nicz em̄ sacerdos immūdus pctōres possit mundare adhibēdo sacramēta q̄ mūdant vt est baptismus vel penitētia: q̄ non in virtute sacerdotis immūdi: sed ex ꝓprie dei q̄ mundissimus est: habent purificare. Propter q̄ō etiam. Augusti. dicit q̄ in ipsis sacramētis nihil min⁹ a malo ⁊ nihil amplius a bono percipit sacerdote. Et debito tamē congruitatis est vt studeat ipse mundus esse q̄ alios deb⁹ mūdare: alioquin moraliter peccat dū actum sibi incongruū agere p̄sumit. Et idcirco congruū est ⁊ debitū vt pontifex qui alios hab⁹ consecrare ⁊ sanctificare sit ipse sctūs perfecte. Et hoc est quod apls Hebre. vij. dicit. Talis decebat vt nobis esset pontifex sanctus innocēs impolutus segregatus a peccatorib⁹. Sanctus in mente: innocens in opere: impolutus in carne; ⁊ segregatus a peccatoribus et munda conuersatione.

Tertio describitur i the

mate de ista parte nostro defuncto mālis⁹

felicitat⁊. q: de hierusalē venit i bethuliā. De isto aūt transitu tria ꝓsiderari possunt.

Primo terminus recessus: quia de hierusalem.

Scōo termin⁹ motus medius: q: venit

Tertio termin⁹ accessus: q: in bethuliā Terminus ergo recessus fuit hierl'm: per quaz ꝓsens ecclesia designat. Primo rōne veritatis: q: videl⁹ veritas fidei non inuenit extra catholicā ecclesiam. Et iō ō. zacharie. viij. vocabit hierl'm ciuitas veritatis que veritas introducta est p scōz apostoloꝝ doctrinā. vnde eis dictū est Actuū. v. Replestis hierl'm doctrina vestra. Et ideo ista est doctrina veritat⁊: a qua qui discordat a veritate discordat ⁊ errat. Secundo rationē sanctitatis: q: sacramenta per que homo purificari ⁊ sctificari debz non sunt nisi in ecclesia rpi. vñ Apoc. xxi. Uidi ciuitatem sanctaz hierl'm. Tertio ratione libertatis: q: qui facit peccatū seruus est peccati ⁊ vlterius seruus diaboli: vnde expulso pcō efficitur homo liber ab vtraq; seruitute. Sed nō sunt remedia ad expellendū pctm̄ nisi in ecclesia rpi. j. Maccha. x. Vie rusalez sit setā ⁊ libera. In hac ergo hierusalem habebat iste pater noster summam potestatē. ꝓ⁹ illud Eccli. xxiij. In hierusalem potestas mea. Sed videte q̄ ista potestas breui tp̄e duraūit: q: oīs potentat⁹ breuis vita. vt dicit Eccli. x. ⁊ nunc er toto p mortem annihilata est ⁊ quātū ad honores. ⁊ quantū ad diuitias: ⁊ quantū etiam ad delitias. et qui primo videbatur olim habere potestatē: nullā. potuit cōtra mortem habere defensionem. ꝓ⁹ illud Eccl⁹ viij. Nō est in hominis ditione ꝓhibere spm̄: nec habet potestatem in die mortis: nec finitur quiescere ingruente bello: neq; saluabit impietas impiū. Scōo tangitur ꝓ⁹ ordinem auctoritatis. i. thematis motus medi⁹ q: venit. Nos videmus in igne q̄ durante materia combustibili durat ardor ei⁹ ⁊ flāme splēdor: sed deficiente materia et ardore deficit lumen et splendor. Sic fuit in isto patre nostro: q: durante valitudine corporis et vita splendebat toti mundo gloria ⁊ honore: nunc aut̄ de sctō corpore extincta corporali vita: oīs splendor deficit pariter glorie mūdane. Ezech. vij. Finis venit venit finis. Finis venit scilz vite. venit finis oīs mundane glorie: sed q: homo ignorat finem vite sue. idest mortis sue tēpus: ideo frequenter er inspe rato mortis superuenit ⁊ imparatum inuenit ad inferni supplicia ducit. ꝓ⁹ illud Thessalo. v. Dies dñi sicut fur in nocte ita veniet. Tertio tangit terminus accessus q: venit in bethuliam. Bethulia enim ꝓ⁹ Piero. interpretat⁊ vno modo domus dolens dño: ⁊ quātū ad hoc signat statum penalem purgatoriū. q: qui ibi sunt: in doloribus quippe sūt q̄diu sint purgati. In doloribus dico sunt tam grauis ⁊ afflictiue pene. vt bīus Grego. testatur q̄ excedit in acerbitate quicqd in hoc seculo penarum videre aut sentire aut cogitare quis possit. Uñ ꝑ potest dicere alia que illa pena purgatur nobis qui viatores sumus illud Ezech. j. O vos oēs qui transitis p viam attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. Et dicitur esse dolens dño: quia propterea est dolor: ille seu pena vt dño satisfaciat de penitentia hic non completa: aut certe ꝓ⁹ venialibus culpis: sed tamen secura est anima que cruciatur in illa pena postq̄ purgata fuerit q̄ ibit ad vitam eternam. Possunt tamen nostris suffragijs scz elemosynarum. missarum ⁊ orationum ab illa qui ibi sunt citius liberari. Uñ si forte alia istius nostri patris defuncti ꝓ aliqua dictarū causarum venisset ad istam bethuliā. i. ad illam penam vt ibi purgaretur certe debemus sibi compati: ⁊ eā aliquo suffragio quilibz adiuuare. vt ipse postea adiuuet nos versa vice cum peruenerit ad vitam eternam. Sed heu q̄ multi frequēter qui deberent esse plenī aqua compassionis ⁊ pietatis defficiunt: ⁊ non curant iuuare eos qui in tali bethulia. i. qui in talibus purgatorij penis ⁊ doloribus cōmorātur. In cuius figura dicit Judith. vij. q̄ defecerunt cisterne ⁊ collectiones aquarum oībus inhabitantibus bethuliam. Sed ad hoc alio modo bethulia ꝓ⁹ Piero. interpretatur manens in deo. ⁊ quantū ad hoc signat statū beatorū qui sunt in paradiso: qui semp in deo manent eius visione beata atq; fruitione gaudentes. ⁊ hec est vita eterna. Uñ. j. Joh. ij. Eos in filio ⁊ patre manebitis. Et hec est repromissio quam ipse policitus est nobis vitam eternam. Confiderata igitur vita virtuosa et laudabili: quam hic sanctissimus pater noster duxit: insup laudabili ⁊ deuotissimo frater quem nūc in obitu habuit: pie satis estimari po

est q̄ aut iam ad bethuliā predictā peruenerit: aut cito sit peruēturus. Ad quā etiaz nos si tandem peruenire appetitus victores nos esse oportet vitiorum ⁊ tētationū malorum: ⁊ impiaruz cupiditatum etiam mundanorum. In cuius figuram scriptuz est Judith. xv. q̄ hi qui victores extiterāt reuersi sunt ad bethuliam: idest ad vitam eternam a qua per peccatum receditur ⁊ p victoriam peccati reditur. Ad quam deus nos perducat ⁊c.

¶ In funere summi pontificis de eius obitu. Sermo. ij.

ater noster mor

p tuus est. Nūeri. xxvij. Plerūq; videmus q̄ vis amoris est hoīb⁹ causa doloris, quia quāto quis plus q̄ habet diligit: tanto de eius amissione plus dolet, sed pater plus diligit vnigenitū q̄ si plures haberet: ideo de eius morte amplius dolet ⁊ amarius luget. Propterea dauid amare plorans mortem Ionathe quez multū diligebat dicebat. ij. Reg. j. Doleo super te frater mi Ionatha decore nimis ⁊ amabilis sup amore mulieruz. Sicut mater vnicū amat filiū suuz: ita te diligebam. Propterea etiam ōr Viere. vj. Luctū vnigeniti fac tibi planctum amarū vñ amor est causa doloris. Debēt aūt filij patrē suum naturaliter amare. Unde dicitur Mala. j. Si ego pater vbi est amor meus idest quo me debens diligere. Et ideo etiā naturale est q̄ de morte patris filij doleāt ⁊ luctum faciant. Sed sicut ad dolendum ⁊ lugendum de morte patris carnalis mouet amor naturalis: ita ad dolendum ⁊ flendum de morte patris spiritualis mouere debet amor charitatis. Et de vtriuscz patris luctu ⁊ dolore exempla patent in scriptura diuina. Nā quantū ad patrē carnalem prout legitur Genē. l. Mortuo Iacob in egypto fleuerunt eū filij eius simul cū egyptijs. lxx. dieb⁹. ⁊ in exequijs suis in terra chanaam vbi sepultus est planxerunt eum ploratu magno septē dieb⁹. De patre vero spirituali p̄z exemplo Moyſi vel aaron quia mortem moyſi fleuerunt filij israel in campestribus moab triginta diebus sicut legitur Deuter. vltimo. Et in morte Aaron qui erat summus sacerdos et pater spiritualis legitur Numeri. xx. q̄ fleuit eum⁹ omis multitudo filiorum israel triginta diebus. Et idcirco thema propositum annuncians nobis mortē sanctissimi ⁊ spiritualis patris nostri summi pontificis: excitat nos ad effectum amoris ex eo q̄ commemorat ipsi⁹ paternitatez: cū dicitur, pater noster, ⁊ prebet insuper occasionem doloris ex eo q̄ annunciat eius mortem dicens: q: mortuus est, ergo pater noster mortus est.

Ā In quibus quidem verbis scriptura sacra tria insinuat de ipso.

Nam primo quidem innuitur officiū dignitatis in eo q̄ dicitur: pater

Scō ho exprimit affectus charitatis in eo q̄ dicitur noster.

Tertio ho pandit defectum corruptibilitatis q: dicit q̄ mortuus est.

Circa primū attenden

dū est q̄ tanta est excellentia dignitatis in ecclesie romane pōtifice q̄ nō solum pater vocat: sed etiam dicitur papa: quasi pater patrū. Et ratio est: quia est vicarius dei: a quo omis paternitas in celo ⁊ in terra nominat. sicut dicitur Ephe. iij. Uerūtamen quia pape paternitas nō est per carnalem generationem: sed p prelatiōis iurisdictionem: illoz papa proprie dicitur pater qui eius iurisdictioni subduntur. i. eorum qui sunt de ecclesia Iesu xp̄i. Sicut ergo abraham fuit pater generalis totius ppli israelitici: ita papa est pater generalis: sed tamen specialiter ppli xp̄iani: qui fuit in ipso populo israelitico figurat⁹. Et ideo potest dicere papa illud Viere. xxxj. Factus sum israeli pater. In quibus quidē verbis nota tria de romano pontifice.

Primo p̄one promotionem. q: facta sua

Secundo ecclesie prefigurationez: in eo q̄ subditur israeli.

Tertio cure dispensationem: q: pater.

Nam sicut ad patrez carnalem pertinet cura totius familie et dispensatio rerum domesticarum: ita ad papaz pertinet cura totius ecclesie ⁊ dispensatio ecclesiasticarum rerum. Dicit ergo quoad primum. factus sum. Utinam possit dicere qui electus erat in summum pontificez sicut poterat in primitiua ecclesia. Facta sum scilicet ex inspiratione diuina. In primitiua nāq; ecclesia quando fieri debebat electio conuenientes electores ad eligendum pōtifex̄, non ambitiōe nō ex emulatiōe nō ex coactione

vt oporteret eos violenter intrudi: sicut oportet modo propter dissensionem. Sz solum ex zelo dei et conscientie bone impulsione. idcirco inspirabantur a deo. immo nonnūq; visibiliter apparebat spiritussanctus in specie columbe: ad ostendendum eū qui erat eligēdus. sicut legitur i chronicis de beato fabiano. Unde fiebant pontifices homines discreti: homines conscientiati et homines mirabilium operatiui. Cō qui dem quandocunq; accideret: posset dici de tali electo pōtifice illud Genē. ij. Spiravit in faciem eius spiraculum vite: et factus est homo in animam viuentem. Spiravit. s. deus in faciem eius scz ecclesie. i. in collegium electorum summi pontificis. s. cardinalium. Quorum collegium recte facies dicitur: ex eo q̄ facies est eminentior. et nobilior pars corporis: et sic eminētior pars ecclesie et etiam nobilior est ipsum collegium cardinalium. Unde in ista facie debet esse visus prudentie, auditus obedientie: olfactus prudentie: os eloquentie: dicentes iusticie: et gustus etiam sapientie. Debet etiā esse munda hec facies a macula auaritie: luxurie ⁊ superbie. Alioquin dicet ecclesie faciem tuam laua. Nec dubium q̄ si bene esset munda hec facies q̄ susciperet ad eligendum pastorem idoneum a deo spiraculum vite: ita q̄ fieret pastor qui esset homo in animā viuētem. qui esset inquam homo non brutum per insipientiaz ⁊ habens animam. i. conscientiam. et esset viuens non mortuus. Et talis esset idoneus et dignus ecclesie pontifex scz qui esset discretus: qui esset conscientiatus: qui esset viuus quia vita sm p̄m et motu manifestatur et sensu. Et sic viuentem oportet esse pontificem q̄ sciat subditoz defectus et moueat ad eorū pfectus. Scō nota in auctoritate inducta ecclesie prefigurationem: cum dicitur israeli. quia per israelem significatur ecclesia idest fidelium xp̄i ppli cui iste noster dominus defuncti⁹ hactenus fuit p̄z et pastor.

B Est autem triplex ratio quare israel significat statuz ecclesie. Primo ratione pugne. Scō ratione victorie. Tertio ratione hereditatis promisse. Hoc enim nomen israel impositum fuit iacob post luctam et victoriam quaz habuit de angelo in itinere existens quando ipse angelus dixit ei. Genē. xxxij. Nequaq̄ iacob appellabit nomen tuū: sed israel. Cūm si cōtra deuz fortis fuisti: quanto magis contra homines prevalebis. Et in hac lucta et victoria figuratur impugnatio quam debebat habere ppls israel ne ingrederetur terram promissionis et etiam victoria quam debebat contra hostes habere. Et viterius figurabat in hoc impugnatio ecclesie xp̄i et victoria de inimicis. Primo ergo de impugnatione vnius exemplum figurale ponamus. Dicitur enim Exō. xvij. sic. Uenit amalech et pugnauit contra israel in valle raphidim. Ista est figura impugnationis ecclesie. qua impugnata est a mundo persequente. vel quam nunc quotidie patitur in suis fidelibus a diabolo tentante. Nam amalech interpretatur lambens sanguinem et significat infideles et tyrannos mundi: qui sitientes sanguinem fidelium et qui fidem ecclesie p sequentes: multorum martyrum sanguinem effuderunt. Nunc autem signat diabolum: quia canis quādo lambit parapsidem vel incisorium vacuum: ostendit q̄ ardenter desideret cibum. Unde q̄ nimis ardenter cibum appetit et querit: dicitur esse leccator. Sic ergo quia diabolus damnationem nostram: quasi cibū ardenter desiderat: leccator seu lambens vocatur: quia ipse totus ardet desiderio mortis nostre. et ideo modum aquile habet. De qua dicit Job. xxxix. q̄ pulli eius lambunt sanguinem. Habent etiam modum canum. De quibus. ij. Regum. xxj. Linxerunt canes sanguinem eius. Unde potest dici de diabolo q̄ sanguinem sanctoruz sine intermissione sitiebat. Sed sequitur in isto Amalech q̄ impugnabat israel. Israel interpretatur vir videns deum. quod signat fideles ecclesie qui vident deum per fidem: et qui sunt de parte dei. et idcirco a diabolo acrius impugnantur. q̄ qui sunt de parte diaboli. Nam rex non pugnat contra homines suos: sed contra homines aduersarij sui. Sic nec diabolus contra infideles vel malos qui sunt in domino suo. quia illos oppugnare negligit: quos quieto iure possidere se sentit. vt dicit Grego. Sz ō illos pugnat qui sunt de parte dei et qui non curant de regno diaboli. iij. Regū. xxij. Rex autez syrie: scz diabolus precepit principibus currum dicēs. Non pugnabis contra maiorem vel minorem quempiam nisi contra regem israel solū. Numeri. xxj. Chananeus qui interpretatur emulator: idest

Universidad de Deusto
Biblioteca

diabolus qui insidet homini pugnauit contra regem israel. Sed sequit in vale raphidim qui interpretat dissolutio fortius. Hac essi intentione impugnat diabol⁹ vt dissoluat fortitudinē hois ⁊ eū prosternat. Solet dici qn̄ vnus luctat cū multis ⁊ plures fortes pternit: iste est bon⁹ luctator. Sic diabolus multos pternit: q̄ tñ essent fortes si vellent: sed ipsi cadūt ꝓpter suaz misericordiam: et pauci fortes inueniuntur hodie. Ideo diabolus multos eleuauit ī solio superbie: alios pstrauit caro ī luctus luxurie alios inclusit mundꝰ in foueā auaritie. ij. Reg. j. Inclite tui israel sup montes tuos interfecti sunt. Et sequit. Ceciderūt fortes in prelio. Ūñ diabolus hz fortissimū luctatorē. s. mulierū concupiscentiā. q̄ etiaz fortissimos pternūt ⁊ occidūt. Prouerb. vij. Multos vulnerauit scs p consensuz dei peccatuz in peccatuz actuale: et fortissimi q̄q interfecti sunt ab ea. Et fortissimus corpore vt sanson. et fortissimus animo vt dauid. et sapientissimus etiam salomon. Secundo israel significat ecclesiam rp̄i ratione victorie: quia solis fidelibus qui sunt in ecclesia: data sunt arma potētia ad expugnādum ⁊ vincendum diabolum et peccatum. Et hec figura tangitur. Exo. xvij. vbi dicit Cum eleuaret Moyses manus vincebat israel. Ubi tangitur tripler armatura: que facit hominem potentem ad diabolū vincendum. Prima est fidei firmitas: quam significat israel. q̄ interpretatur videns deū scs per fidem. Petri. v. Aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiens. ⁊c. Alia armatura est sacramentalis gratie: puritas quā significat moyses qui interpretatur sumptus ex aquis. s. baptismi vel penitentie quibus purgantur peccata. Tertia armatura est boni operis assiduitas: quā signat manuum. Ubi nota q̄ in manu sunt q̄nq̄ digiti. Primus est poller. qui potest dici a pollicenda. et signat spem que eleuat rectu supernotum. Secundus est index: et signat mortem que nos facit resilire a peccatis ꝓpter penam eternorum supplicio-
rum: Tertius dicitur medius: qui est elemosyna data pauperibus: que est media-
trix inter nos et deum. Quartus est medicus: qui signat iciunium q̄ carnem domat animam conseruat. et pestes anime euenerat. Quintus est auricularius. qui ponit in aure. et signat oratiōnē que in aures domini intrat. Leuemus ergo digitos istos et ita vincemus diabolus. po. crliij. Qui docet manꝰ meas ad prelium. et digitos meos ad bellum. Tertio nota in auctoritate inducta ⁊ diuisa superius: cure dispensationem: quia pater est ad quem principaliter pertinet cura ⁊ dispensatio totius domus idest totius ecclesie. Sed aduertendum est q̄ paternitas siue pater tria importare videtur: scs prioritatem: vnitatem: et communicabilitatem. Prioritatem quidem: quia pater est natura prior filio immo etiam tēpore in hominibus: q̄ sicut precedit filium ordine natura: ita debet precedere etiam exemplo vite. vñ debet esse talis q̄ opa eius virtuosa sint filijs in exemplum. Propter q̄ dñs dixit iudeis. Jo. viij. Si filij abrahe estis: opa abrahe facite. Hoc aūt ꝓpue cōperit patri spirituali: et maxime summo pōtifici qui omniū pater est et ideo oībus dare debet exempla bene viuendi ita q̄ meretur dicere cuilibet rp̄iano illud Jerem. iij. Patrem vocabis me: et post me ingredi nō cessabis: Jrē pater importat vnitatem q̄ bene pōt vnus pater plures filios habere: sed non pōt vnus filius habere plures patres. scs naturale: sicut etiam ecclesie filij vnum tñ habent patrez generalem et spūalem in terris: scs summum pastorem scs quia rp̄s dixit iudeis. Jo. x. Alias oues habeo que nō sunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere. ⁊ vocē meam audient: et fiet vnū ouile ⁊ vnus pastor: ⁊ ille pastor est patrez omniū. Unde dicitur Mat. xxiij. Unus est pater vester. Et sicut iste est pastor ⁊ pater vnus. ita etiam debet filiorum. i. rp̄ianorum non diuisuus esse: sed iunctiuus et pacificatiuus vt sequatur exemplum christi: qui etiam mori voluit vt filios dei qui erant dispersi congregaret in vnum. Unde dicitur Jo. xj. Item pater importat cōmunicabilitatem. quia scs per generationē cōmunicat filio suum esse: et insuper per gubernationes cōmunicat bona sua: dādo alimenta: vestimēta et alia necessaria. Sic sūmus pastor ⁊ pater esse spirituale ⁊ virtuosum q̄ in se habere debet etiam filijs suis et subditis cōmunicare debet p doctrinam ⁊ bona exempla: et insuper prouidere pauperibus abundanter et alimenta et vestimenta ⁊ alia necessaria: sicut faciebat beatus Gregorius. ita vt possint dicere singuli⁊ illud Job, xxix. Pater eram pauperum.

Secundo in themate

assumpto potest notari de isto sanctissimo patre affectus charitatis. quia noster. scs ꝓpter affectū charitatis ad nos: ita vt ꝑe dicere sibi potuerimꝰ illō Esa. lxiij. Tu es pater noster ea. pater scs plationē: sed noster affectione ⁊ etiā hūilitatis subiectione. Fuit ergo nobis pater paternitate prelationis. Unde Deut. xxxij. Ipse est pater tuus q̄ possedit te. scs iure prelature. Et iō si obedire tenemur parētib⁹ carnalib⁹: multo magis summo patri spūali. Hebre. xij. patres carnis nre habuimus eruditores ⁊ obediebamus eis: a⁊s reuerebamur eos. Non multo magis obtēperabimus patri spirituū. i. spiritualium. filioz. Sed vlteri⁹ iste pater dicit esse noster ex spūali affectione in qua nō solū erat vt pater. sed etiaz vt amicus. ita vt dici possit de ipso illud Job. xj. Amicus noster dormit. scs dormitione mortis: que assimilat dormitioni ꝓpter quietem a labore: ⁊ ꝓpt spē excitationis. i. future resurrectiōis a mortuis. Potuit etiā dici noster ex humilitatis reputatione: q̄ q̄uis esset dñs: tamen reputabat se seruū omniū seruoz dei. ⁊ hic est cōmunis titulus in litteris summoz pontificuz et quātū ad hoc non differt a seruo cum sit dñs omnium. Sic ergo summi pontifices debent esse vt serui in sui reputatione: sed tamen dñi sunt dignitatis prelatione. Jxta illud Thren. v. Serui dominati sūt nostri. Unde ⁊ quidaz dixit. Erant tibi roma olim domini dominoz: serui seruorum nunc dominantur tibi. Unde debent esse solliciti ꝓ subditis sicut serui ꝓ dominis. Marci. x. Quicūq̄ voluerit inter vos primus esse: erit omnium seruus. s. Coz. ij. Omnium seruum me feci. D

Tertio quoq̄ ī thema

te assumpto notaf defectus corruptibilitatis: q̄ mortuus est. Ubi notādū q̄ sicut medicina amarissima de se non est appetibilis: nisi inquantum perducit ad sanitatē: nec pugna nisi pducat ad victoriam: sic nec mors est appetibilis: cū sit malū naturale ⁊ priuatio vite: nisi solū quantuz perducit ad meliorē vitaz. ⁊ hec est vita brā que in solo deo habetur. Et q̄ pie credere possumus q̄ hic pater noster sanctissimus qui nūc defunctus est: ad illā beatā vitā vel ītransferit: vel saltē cito sit trāsiturus: ideo possit nobis lugentib⁹ dicere illud Gal. iij. Mortuus sum vt deo viuā. In quibus q̄dē verbis duo nobis de suo statu insinuat.

Tertio ruentium distantia ad austrum vel ad aquilonem.

Quarto distātie pseuerātia: qꝛ ibi erit

Circa primū notandū est ꝙ p lignuꝫ figurat hō. s. p lignū inutile ad op⁹ bonum homo peccator: Ezech. xv: Fili hoīs quid fiet de ligno vitis ex oībus lignis nemorum que sunt inter ligna siluarum. Nunq̄d tolletur de ea lignū vt fiat opus: aut fabricabitur de ea paxillus vt dependeat in eo qō cūq̄ vas. Ecce igni datum est in escā. Notandum ēt ꝙ diu inheret viti nullū lignum est eo fructuosius. sed a vite separuꝫ nullus eo inutilius. Et sic est de pctōre. Unde ēt xp̄us. Lignū vitis est q̄si formentū a vite separatū et incisū est hō pctōr: a xp̄o separat ⁊ diuisus gladio iuſtificatis: qꝛ iniquitates nr̄e diuiserunt inter nos ⁊ deū nr̄m. Esa. lix. Inter ligna nemoris. i. inter fideles ecclesie. vel que sunt in diuersis siluis. i. in diuersis statibus vel officijs efficitur inutilis tā respectu sui ꝙ respectu aliorum. Respectu sui et quātū ad meritū: qꝛ nō tollet ex eo lignum qō valeat ad opus. i. nullus actus potest exire ab eo qui sit opus meritorij: neq̄ etiaꝫ vt fiat ex eo fabrica celestium māsionū que fabricant ex meritis bonoꝝ operuꝫ. Est etiā inutilis respectu aliorū qꝛ non pōt fieri paxillus vt pendeat in eo aliqō vas. paxillus est paruus palus. idest prelatus humilis et rectus ⁊ firm⁹: ex quo dependeat vasa domini. i. aīe subditoꝝ. Sic homo iustus ⁊ peccator non potest esse talis: qꝛ neq̄ paruꝰ p humilitatez: neq̄ rect⁹ per iusticiā vel charitatez: neq̄ firm⁹ p constantiā ⁊ patientiā. et ideo non est dignus preesse animabus. Et ideo solū valet vt sit esca ignis peccati i presenti: quia peccatuꝫ est fornax babylonica que succenditur malleolis. et vt sit esca gehenne ignis in futuro. Sed per viride ⁊ fructuosum lignum figuraf hō iustus qui est in charitate radicatus. influentia gratie diuine vel sapiētie irrigatus. disciplinali maceratiōe siue castigatiōe putat⁹ et filijs sacre doctrine gratiosus ⁊ fructibus bonoꝝ operꝫ plen⁹. Et de tali ligno ōꝛ in. ps. s. Erit tanq̄ lignum qō plan. ⁊c. Scdo notaf i auctoritate inducta hoīs mortis ruina. cū ōꝛ. si ceciderit. Notandus q̄ cadit vnū vas vile et debile puta vas luteū ita ꝙ frangaf: paruꝫ curat et modicū quis pertubaf. Sed quando cadit et fraugit vnū vas pretiosuꝫ qō nō pōt postea reparī: est maioꝛ prturbatio et doloꝛ. Homo aūt hꝫ duo vasa. Unū est luteum et debile et vile. i. corpus. qō si cadat ⁊ frāgaf p mortē nō debet multū curari. ⁊ maxime

quia reparabitur in resurrectione. Et vas pretiosum ⁊ nobile est alsa: qō in morte cadit ⁊ irreparabiliter frangitur quādo homo impenitēs ⁊ in pctō moritur: quia nes quaq̄ potest amplius per penitētiā reparari: ⁊ ideo semper taleo erunt perditi. vñ dicitur de eis Prere. xxv. Cadetis quasi vasa preciosa. Ps de iusto ⁊ vere penitēte ōꝛ cū ceciderit. s. p mortē nō collidet. s. quātū ad aīam. s. collisione cōfractiōis seu dānatiōis. Tertio ponit in auctoritate inducta cadētiū. i. morientiū differētia: cū ōꝛ. ad austrū vel ad aq̄lonē. Nā ille cadit ad austrū qui moꝛit in gratia: ⁊ qꝛ cor aperit deo ad suscipiēdā ēā per finalē pniam triplicater scz p pfectā cōtritionē ⁊ integrā ⁊ humilē cōfessionē ⁊ etiā per idoneā satisfactionē. Ideo dicitur Apoc. xxj. Ab austro supplerant portre treo. Ille vō cadit ad aq̄lones qui moꝛit in frigore infidelitatis vel malitie. Eccli. xlix. Frigidus vent⁹ aquilo flauit ⁊ ꝛgelauit crystallus ab aq̄. Frigidus ventus aquilonis est finalis ⁊ vehemens tētatio demonis qua tentat morientē vel de infidelitate vel de desperatione: ⁊ tunc aqua mobilis p congelationē efficit crystallus dur⁹ ⁊ imobilis a sua malitia. i. duritia: qꝛ mēs que pliberū arbitriū erat mobilis ad bonū ⁊ ad malū: p cōgelationē infidelitatis vel desperatiōis efficit dura ad pniam ⁊ oīno obstinata: ita vt impenitēs ⁊ desperatus moꝛiatur peccator. Vel aliter potest intelligi. quia lignum pcisuꝫ. i. iustus p mortez iubilatus: tūc cadit ad austrum quādo videl⁹ post ipsaꝫ mortē trāsit ad paradisi gaudium. Job. xxxix. Plume scit accipiter expandens alas suas ad austrum. Accipiter leuis significat aīam alleuiatā a pondere pcti: vel ab onere corpis p mortē. ⁊ tūc plumescit. i. nouas plumas ⁊ nouas dotes glie accipit. expādēs alas suas scz intellectū ⁊ affectū ad austrū. i. ad summū paradisi gaudiū siue bonū qō est deus. Abachuc. iij. Deus ab austro veniet Sed tūc lignū precisum cadit ad aq̄lonez qñ pctōr moꝛtuus ducitur ad inferni supplicia. vt ibi sit cū apostata angelo qui ait Esa. xiiij. Ponā fidem meā in lateribꝰ aq̄lonis. Aquilo essi dicit⁹ est qꝛ aquas ligat ⁊ stringit. vnde est regio aquilonis gelida ⁊ obscura ⁊ tempestuosa ꝓpter ventum impetuosum. Et sic in inferno. est frigiditas obstinate malitie ⁊ obscuritas: non tantū corporalis sed etiam spūalis per priuationem omnimodā luminis gratie ⁊ glorie. ⁊ tempestuositas per inquietudinē ⁊ vehementiā multiplicis ⁊ incessabilis pene. q̄ continet omne malū. vnde Prere. j. Ab aq̄lone pandetur omne malū. Tertio quoq̄ in auctoritate inducta ponit differētie p seuerantia: cū ōꝛ. vbicūq̄ ceciderit ibi erit scz immutabiliter. Hieronym⁹. Ubicūq̄ tu ibi locū preparaueris futuraq̄ sedem siue ad austrū siue ad aq̄lonē: ibi cū mortuus fueris permanebis. Si ergo ceciderit ad austrū. i. ad mortē ptāsuerit ad paradisi gaudiū ibi erit pmanēs. s. in eternuꝫ. ps. xxv. Ibi letabimur in ipso. s. i deo. Esa. lx. Letitia sempiterna sup capita eoꝝ. ps. v. In eternuꝫ exultabūt ⁊ habitabis in eis. Si aūt ceciderit ad aq̄lonē vt. s. post mortē ducaf ad inferni supplicia: ibi erit etiā in eternū in fletu ⁊ luctu horribili. Mat. viij. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentium. C

Tertio quoq̄ in thema

te assumpto ostenditur mortis auctoritas Nam tāte auctoritatis est moꝛs ꝙ de seruo liberū facit. ⁊ ideo dicit ꝙ ibi seruꝰ est liber a dño suo. s. i loco vbi est post mortē. Notandū est autē hic ꝙ est quedā seruitꝰ que est impeditiua saluti. s. seruitꝰ transgressionis pcī. de qua dicit Joh̄. viij. ꝙ oīs q̄ facit pctm̄ seruus est pcti. Et de illa seruitute dꝫ homo multū curare vt fiat liber. i. p pniam dū vivit: qꝛ post mortē non habet penitentia locū. Liberatur essi hō p mortē a seruitute peccati: nō respectu preteriti nisi assit penitēta de pctō preterito sed respectu futuri inquātū post mortē nō potest amplius peccare neq̄ demereri. saltē respectu premij essentialis. Nā bti habent voluntatem confirmatā in bono: ⁊ dānati obstinatā in malo q̄ obstinatio potius est pena ꝙ culpa. Sed est quedam seruitus q̄ nō est impeditiua saluti. sicut est seruitꝰ ꝯditionis ſm ꝙ vnus homo est seruꝰ alterius. Et ideo de ista nō est multū curandū inquātū non impedit salutem nec seruitutem dei: licet libertas sit melioꝛ habēti eā si bene velit vti. Et hoc est qō dicit Aplꝰ. s. Cor. vij. Seruus vocatus es: non sit tibi cure. Sed si potes fieri liber magꝫ vtere. qui enim in dño vocatus est seruus libertus est dñi. In quibus verbis ostendit aplus triplicem rationē quare de seruitutis con

ditione nō debet homo curare. Primo q̄a nō excludit aīe salutem. tūc essi excluderet aīe salutē q̄n impediret hominē ne posset vocari a xp̄o ad sugam fidē vel seruitiū non esse in eo: sed hoc nō est. Et ideo si tu es vocatus a xp̄o t es in gr̄a t seruitio suo: non sit tibi cure q̄ sis seruus hoīs. q̄ apud xp̄m nihil facit differētia seruitutis vel libertatis. Gala. iij. In xp̄o iesu nō est seruꝰ neq; liber. i. nihil facit differētia liberi t serui. Secūdo ratio quia nō excludit benefaciēdi libertatē siue facultatem. satis essi pōt bñfacere etiaz seruꝰ: tñ si potes fieri liber magis vtere. q̄ magis poteris vacare ad libitū circa bona q̄ volueris facere. ramen siue seruus siue liber dz studere p̄o posse ad benefaciēdū. q̄ dr Eph. vj. Unusquisq; q̄cūq; fecerit bonū hic recipiet a dño siue seruus siue liber. Tertia ratio est: quia humana seruitꝰ nō tollit diuinā libertatē: q̄ q̄ in dño vocatꝰ est seruꝰ libertꝰ est dñi. Sicut etiam ecōtrario humana libertas nō prohibet diuinā seruitutē. Sm illud. j. Cor. vij. Qui liber vocatus est seruus est xp̄i. de cuius. f. seruitio recipiet eternā mercedem. Ad quam nos perducat tc.

¶ In funere alicuius militis aut equitis aurati. Sermo. xix.

Anctis diebus

c q̄b⁹ nūc milito expecto donec veniat immutatio mea. Job. xiiij. Reges terreni diuersa loca solent habere t diuersas domos. Quaz quidē q̄da sunt gaudij sicut palacia adeōmandū: t camera ad reclinandū. Quedā vo sunt doloris t supplicij sicut carceres t patibula ad malos puniēdū. Quedā aūt sūt exercitij sicut est cāpus belli ad militādū. Ita quoq; dominus noster qui est rex regū t dñs dñantium hz locū gaudij. s. paradisus in quo loco sunt regales diuitie. felices delitie: t honores excellētie. vñ dñs ait Luc. xvij. Ego dispono vob sicut disposuit mihi pr̄ mea. vt edā. tc. In regno nāq; diuitie: t esu t potu delitie: t mēse regni sessione honor excellentie dessignat. Item hz locū supplicij. s. infernū in quo loco diuitiaz sunt inestimabiles miserie: loco delitiaz interminabiles āgustie: t loco honoꝝ cōfusibiles cōtumelie. Unde dñs Mat. xxv. dicet reprobis. Discedite a me maledicti: t vocat maledictos propter eternas miserias: in ignem. scz ad ardoris angustias: qui paratus est diabolo t angelis eiꝰ. vt sentiatis eoꝝ cōtumelias. Ite hz dñs locū exercitij scz mūdū qui ad militandū nō ad quiescēdū datus est nobis. Sed in hoc quidē cāpo quidā exercitauerūt se sub armis puie sicut petōres puersi quidā sub armis mie sicut actiui: quidā sub armis sapiētie sicut cōtemplatiui: quidā aūt sub armis fortitudinis t patiētie sicut oēs iusti. quia multe tribulationes iustoꝝ. Ūn pz q̄ arma militie nostre non sunt carnalia sed spūalia. Et ista militia sit laboriosa: tñ q̄nquiet immutatio mortis vel iudicij: expectat inde maximum p̄miuꝫ. t hoc est q̄d er persona cuiuslibet boni militis dr in verbo ꝓpōsito. cunctis diebus quibus tc. ¶ In quibus quidē verbis de exercitio spūalis militie describuntur tria.

Primuꝫ est opportunitas temporis: cū dicitur. cūctis diebus quibus nunc.

Secundum est strenuitas operis: cum subditur. milito.

Tertiū est p̄ciositas muneris seu mercedis: quia expecto tc.

Primū inducit ad laborandū. Secūdū ad dimicandū. Tertiū ad expectādū. Ūn patet q̄ ista militia est laboriosa t bellicosa t penosa ꝓpter expectationē: q̄ spes q̄ differtur affligit aīam. Prouerb. xiij.

Circa primū attenden

dū est q̄ tēpus laboris huiꝰ militie: primo quidē hz diuturnitatē: q̄ durat cūctis diebus q̄bus. s. homo viuit. Ite habēt opportunitatē. s. p nūc. Est ꝛ laboriosa ista spūalis militia ꝓpter temporis diuturnitatez scz q̄ labor eiꝰ durat cunctis diebꝰ quib⁹ homo viuit. Et ratio est: q̄ q̄diu homo est in bello semp opz q̄ laboret ad defendendum se. sed hō q̄diu viuit semp est in bello vel carnis vel mundi vel diaboli. Unde opz q̄ semp sit sollicitꝰ t semp laboret ad sui defensionē. Sed in tali labore t defensione inuenit hō. laborē t dolorē t erūnā t inquietudinē. Unde dr Eccls. ij. Cuncti dies eius doloribꝰ t erūnis pleni sunt: nec p noctē q̄escit mens eiꝰ. Ubi aduerte q̄ dies hoīs replent doloribꝰ quādo affligitur a mūdo. Dolor em aīe est vt dicit Au. nimis deciuitare oei. ab his rebus que nobis nolentibus t dissentientibus accidūt. Unde quia quotidie accidunt nobis in mundo ista que displicent nobis t que non velimus: ideo cūcti dies hominis dicunt esse pleni doloribus. Unde etiaz tullius dicit quarto libro de tusculanis questionibꝰ q̄ dolor est egritudo crucians. Et vocat egritudinem ipam passionem aīe: qua anima in ipsa cruciatur duz sentit se habere vel pati ea que sibi displicēt. Et talibus doloribus quotidie afficimur. Sed tamen si homo sciret talia patiēter portare t tales dolores per rationem moderari: deus infunderet multas consolationes. Sm illud ps. xciij. Sm multitudinē do. me. cōso. tu. le. ani. me. Sed iterum dies hoīs dicūtur esse pleni erūnis q̄n grauat a carne siue p ipsius impugnationes. quia caro cōcupiscit aduersus spm. siue per ipsius egritudines. q̄ sicut dicit Tullius. Erūna est egritudo laboriosa sensualitati Sed egritudo concupiscētie est laboriosa rationi ꝓpter difficultatez resistendi: t si non resistit est in tristicia ꝓpter cōscientiam remordentes. vnde Eccls. v. Cunctis diebus vite sue comedit in erūna t tristicia. Et dicit comedit quia etiā ipa comestio est sibi ad erumne augmentum. tum quia in sudore vultꝰ sui vescitur pane suo: tum quia etiam ipa comestio auget cōcupiscentie passionem. Sed tunc mēs hoīs hz inquietudines: q̄n impugnat a demone. vnde dicit q̄ neq; p noctē. i. per tenebras tētationis diabolice quiescit mens eiꝰ. Vel ad litterā neq; i nocte q̄n homo plus appetit q̄escere p̄mittit diabolus quiescere mentē eius vel rētādo vel varias somniaz illusiones immittendo. Job. ix. Non cōcedit requiescere spm meum Eccls. viij. Non sinitur quiescere ingruente bello. Scōo nota q̄ tempus laboris militie presentis hz opportunitatē. s. q̄ tūc est tēpus opportunū ad dimicandū t militandum. Et hoc ostendit taz xp̄s instantia q̄ loci cōgruentia. Temporis quidē instantia q̄ cū distinguunt tria tpa humane vite. s. preteritū plens et futurū. In preterito nō possum⁹ militare deo: q̄ iam pterijt. In futuro iam nō debemus expectare: q̄ nullus certus est an pueniat ad senectutem. vñ si contingat hoīem expectare forte nō attingat. Et dato q̄ contingat viuere vsq; ad senectutē: natura erit debilior ad pniam faciendaz consuetudo proclivior ad peccandum. et hostis crudelior ad impugnandus.

et opa pnie minus grata ad recipiendum sicut qui seruit dño cū equo claudo ceco et sene. sic qui in senectute dño seruit similis ei est qui dat vestem putridam et consumptam: quia talis non habet gratiam sicut ille qui dat nouam. Unde. ij. Corinth. vj. Dicitur. Ecce nunc tempus acceptabile. i. q̄ seruitiū militie xp̄i erit acceptum deo. Hoc idem patet ex loci cōgruentia. quia hz multa sint loca: non potest tamen in oīb⁹ militari. Naz dānati qui sunt in inferno nō militāt: quia fuerunt turpiter ab hostibus deuicti: et ideo in carcere cruciant. Illi etiaz qui sunt in purgatorio non militant. quia ibi inclusi t detenti satisfaciūt p̄o delictis suis. In paradiso etiam nō militant. quia ibi sam omnibus diuitiis hostibus a labore militie totaliter quiescunt. Relinquitur ergo q̄ solum in loco in quo nūc sum⁹. scz in mūdo isto sit locꝰ militādi. ij. Machab. j. Nunc autem hic sumus scz in loco pugne et militie. Josue. xxiij. Nunc ergo timete dominū t seruite ei. Seruite scz in exercitio spirituali militie. scz contra vitia viriliter dimicando. B

Secundo in themate

assumpto describitur strenuitas opis que inducit ad dimicandum: cum dicitur. milito. Nam militia corporalis instituta est ad strenuuꝫ opus: idest ad bellandum ꝓ defensione patrie vel reipublice. Unō narrat Eutropius q̄ romulus institura republicā romanorum elegit mille viros fortes: q̄ essent in armis ꝓ defensione reipublice: quos a numero millenario milites appellauit. Sed militia spūalis seruoꝝ xp̄i est bellare contra hostes spirituales: idest contra demones t contra tentationes carnis t mundi ꝓ defensione salutis anime t ne impediantur qui habent ire ad supernam ciuitatem celestis regni: vbi erit optima respublica semper gaudiosa t pacifica. Unde patet q̄ vtraq; militia. scz et mundi t dei: potest dici bona er eo q̄ vtraq; est ad bonum finem ordinata. scz ad salutem reipublice vel anime vt perueniat ad rem publicam ciuitatis superne: quia cuius finis bonus est ipm quoq; bonum est sicut philosophꝰ dicit. Ūn de vtraq; militia ex poni possit illud quod dicitur. j. Timoth. j. Milites in illis bonam militiam habēs fidē t bonam cōscientiā. In quibus q̄dē

Universidad de Deusto
Biblioteca

verbis apostolus tria facit.

Nam primo quidez precepit exercitiuz difficile: cum dicit. militeo.

Secūdo adiungit officiū laudabile: qz bonam militiam.

Tertio vo ostendit armaturam inuincibilem: cum dicit. habēs fidem et bonam cōscientiam.

Circa primū aduertendū est ꝙ militare est officiū difficile, qz laboriosuz, qz frequēter oportet milites esse in armis et discursibus et exponere se periculis. Sed tñ labor militie alleuiat multū qñ miles recipit bona stipēdia vel qñ expectat recipere multū honorifica premia: tūc em̄ viriliter pugnat et libēter militat vt vincat. Est enim licitū militāti de labore suo recipere stipendium sicut medico vel aduocato recipere salariū sicut dicit beatus Augu. Sed contra hoc posset argui. qz videtur ꝙ militare vel bellare ꝓpter stipēdia nō sit licitū: qz illicitus est preferre min9 bonū maiori bono. sed p sona siue vita psone est maius bonū ꝙ pecunia. sed qui militant vel bellant propter stipendia exponunt psonam et vitam periculo mortis ꝓpter lucrū pecunie, ergo videtur ꝙ militare ꝓpter stipēdia non sit licitū. Sz dicendū ꝙ militare ꝓpter stipendiū esset illicitum si in ipo lucro vel stipendio ponak vltim9 finis militie. nūc aūt ista est ꝙ militia aut bellum ordinak ad bonū cōe, i. ad salutem reipublice vel totius patrie: que preponēda est etiam saluti ꝓprie vite vel psone. Ipsum etiam stipendium et lucrū militis nō est finis principalis ꝓpter quē militat: qz etiā ipz ordinank ad aliquē finē honestū et bonū: puta ad sustētationē sui vel familie vel ad subuentionez pauperū sicut et alia lucra honesta. vñ de peculio castrensi qō. i. filiofamilias in militia dēgēti donatū est: vel ꝙ ipse in militia acq̄sit qō nisi militaret acq̄rit9 nō erat: ipse filiusfamilias pōt facere elemosynā et condere testamentū. qz quantū ad illud pater familias censet. ff. ad mace. l. j. §. vltio et. l. ij. et. vj. de inof. testa. §. vltimo. Sic militantes rpō i militia spūali siue ꝓ actib9 spūalibus: licite recipere stipendia pecunie vel aliarū corporaliuz sicut sunt p̄dicatores et sacerdotes et ecclesiaz rectores: possunt ꝓ labore spirituali. nō per modū venditōis aut emptionis: quia hoc, simoniacuz esset, vñ dicit. j. q. j. Quicq̄d inuisibilis gre consolatione tribuitur: nunq̄ questibus vel quibuslibet premijs venūdari penitus debet. Sed tamē accipere possunt ꝓ sustentatione sua: que debetur eis ab his quib9 spūalia administrant ꝑm ordinationē ecclesie et consuetudinem approbatā: ita tñ ꝙ desit intentio emptionis et venditionis. Et ꝙ ab inuitis non exigatur per subtractionē spūalium que sunt exhibenda hoc em̄ habere quādā venditionis speciē: sed gratis spiritualibus ꝓius exhibitis: licite possunt statute et ꝛsuete oblatiōes vel quicūq; alij ꝓuētus erigi a volentibus ei a valentibus soluere auctoritate superioris inueniente. Ita predicantibus etiā debētur temporalia ad sustentationē ipoz: non ad emendū p̄dicatiōis verbū. vnde sup illud j. Timo. v. Qui bene p̄sunt presbyteri: dicit glosa ꝙ necessitatis est accipe vñ vinū sed charitatis est ꝓbere: non tñ venale est euāgeliū vt ꝓ his p̄dicet. sic em̄ vēdāt magnā rem vili pcio. Sic etiā aliqua tēporalia dātur celebrātib9 missas: vel dicentib9 officiū ecclesiasticū siue ꝓ vinis siue ꝓ defunctis: non quasi preciū sed quasi sustētationis stipendiuz. Item ille qui non tenet ex officio spiritualis exhibere: pōt pro eis eodem modo recipere aliquid temporale. rij. q. ij. charitatem. Et quo sumitur argumētū ꝙ sacerdos potest locare opas suas si non habeat alios vnde viuat. Item pro ꝓcessionibus que fiūt pro funerib9 aliqua elemosyne recipiūtur: que si aliquo pacto interueniente fierent aut cum intentione emptionis et vēditiōis fierēt simoniacum esset, vnde illicita esset ordinatio si aliqua ecclesia statueret ꝙ non fieret processio in funere alicuius: nisi solueret certaz pecunie quantitatē: qz ꝓ tale statutū precluderetur via gratis aliquib9 officiuz pietatis impendendi: magis aut̄ licita esset ordinatio si statueretur ꝙ oibus certaz elemosinā dāti bus talis honor exhiberet. qz ꝓ hoc non precluderetur via alijs exhibendi. ꝓia etiā ordinatio habet speciē gratuite recōpēsationis. Illi etiā qui dāt paupib9 elemosynas vt impetrēt orationuz suffragia: nō dāt vt intendentes emere oronos: sz ad ꝓuocādā pauperuz animos vt gratis et ex charitate oret ꝓ eis. Et sic patet quō rā milites dei ꝙ mūdi nō debēt suis stipendijs militare. Et ideo queritur. j. Loz. ix. Quis militat suis stipendijs: qua. or, nullus. Secūdo in

auctoritate inducta specificat officiū laudabile sez bonam militiam. Vbi aduertendum est ꝙ bona militia potest dici nō solū militia spūalis de qua apostolus dicit. ij. Loz. x. ꝙ arma militie nostre nō sunt carnalia sed spūalia. sed etiam militia corporalis, que sez ad defensionem reipublice et ad represionem rebeliū armis corporalibus vtitur. Unde etiam in sacra scriptura leti viri militasse legunt hmōi militia sic̄ dauid. vñ Augſ. ad bonifacū. Noli existimare neminē deo placere posse qui armis bellicis ministrat. Et in his erat ictūs dō cui dns magnū testimoniū phibuit. Item iudas machabeus de quo or. j. Mach. iij. ꝙ prelijabak prelia israel cū letitia et dilatauit gloriā ꝑplo suo. Et symon frater eius dicit. j. Macha. xvj. Vos scitis quāta ego et fratres mei et domus patris mei fecim9 ꝓ legib9 et ꝓ sanctis prelia. Et quib9 ptz ꝙ bona erat eoz militia: quia ordinabak ad reipublice defensionē et ad diuini cult9 conseruationem. In populo etiā christiano institute sunt quedā religiōes ad militandum: vt religio hospitalarioz sc̄ti Johānis, nō quidē ꝓpter aliquid mundanū sed ꝓpter defensionē diuini cult9 et publice salutis: vel etiam pauperū et oppressoz ꝑm illō ps. lxxxj. Eripite pauperē et egenū de ma. pec. ij. Itē ille bon9 cēturio, de quo dns dixit. Non inueni tantā fidē in israel dixit Matth. viij. Nam ego hō suz sub potestate cōstitutus habēs sub me milites. Sed notandū ꝙ ad hoc vt illa militia sit bona et licita opz attendere ad ꝗtuor. Primo ad militantis statū. Oportet em̄ ꝙ militans sit in statu laicali: qz clericis est interdicta militia et arma assumere et bellare vl sanguinē fundere. xxiij. q. viij. Clerici. nisi in necessitate ineuitabili. Secōo dz attendi ad militie exercitum qō est bellare in quo et iā milites laici male militarent nisi esset bellum iustū. Nam aut cōstat bellū esse iustum, puta quādo manifestum est. qz geritur auctoritate ꝓncipis: quia ꝓnara ꝓpria sua iura potest i iudicio ꝓsequi. Item ꝙ fit ex iusta causa, s. qz illi q impugnantur et aliqua culpa hoc meruerūt. vnde Aug. dicit in libro q̄stionū. Iusta bella dōt differri que vlcīscūf iniurias. si gēs vel ciuitas plectenda est. q̄ vel iudicare neglexerit qō intulerit ablatum est. Item ꝙ fit intētio recta bellantium: qua sez intēdatur vt bonū promoueatur: vel vt malum vitetur. Quādo igitur sic constat bellum esse iustum licet seculari bellare. Aut constat bellum esse iniustum et tunc non licet. Aut est dubium et tūc licet subdito bellare ad mandatum superioris: quia excusatur ꝓpter bonum obedientie: licet forte peccet dominus contra deum male precipiendo et milites et seruientes. et stipendiarij extranei nō creduntur excusari: quia non excusat eos bonū obedientie sicut subditos: nec debent se discrimini in dubio cōmittere vt iuuēt aliquē in prelio dicitur alterius. Quia sicut dicit Ambro. Si non pōt alicui subueniri quin grauek alter. cōmodius est neutrū iuuare ꝙ grauare alterū. xxiij. q. v. Denicq. Tertio dz attēdi ad militātis salarium vt si fraudulēter querat stipendiū qō sibi non debet: puta si nō habuit equos quos debuit habere: et re ꝓsentauit equos alienos ꝓ suis: vel si dixit mēdaciter equū periisse vt haberet emēdā. Itē ꝙ nō velit salariū ꝛmoderatū: qz vt deat aliquos indigere ꝓbitate sua. Itē ꝙ vltra stipendiū sibi debitū aliud non q̄rat: aliq̄n repuraretur predo non miles. Unō Augustin9. Propterea quadam prudentia sunt militantibus stipendia constituta: ne dum sumptus querit predo grassek. xxiij. q. j. militare. vnde Luce. iij. Contenti estote stipendijs vestris. Johānes baptista milit9 dixit. Quarto debet miles vitare militie abusum: qui est in cōcussione innocentiū. siue ad ostentationē virtū cū nocumento hoīm et rerum. Sic inuēta sunt torneamenta et ictus lanceaꝝ et huiusmodi: licz nō prohibeantur quedam exercitia militie vt cursitationes et versiones destrariox et ars percutiendi et defendendi et ꝓsciendi tela. vnde. ij. Regum. j. Dauid precepit vt docerent filios israel arcum, i. artem sagittandi. Sic ergo patet quomodo possit dici bona militia secularis. Sz de bona militia spirituali informat apostolus militare volentem dicens. ij. Timo. ij. Labora sicut bonus miles iesu christi. Ubi ostēditur ꝙ ad bonā militiam requiritur ꝙ militet diligēter: et decenk: viriliter: et salubriter. Diligētia notatur in labore: decentia in milite: virilitas i bono milite: sz salubritas in militie christi iesu. Felix ergo miles est q̄ diligens in labore: decens in cōuersatione virilis in actiōe: salubris in inuentiōe. Ter

tio in auctoritate superius inducta addi-
tur armatura inuincibilis scz vt sit habens
fidem ⁊ bonaz cōscientiam, quia bona con
scientia nihil metuit. Dicit enī Seneca q̄
nihil timendum faciat animū nisi reprehē
sibilis vite conscientia. Ergo econtrario cō
scientia irreprehensibilis vite facit animū
impauidū. Hāc armaturā habebat qui di-
cit Act. xxiv. Ego oī cōscientia bona conuer
satus sum ante deū. Sz fides vera est sicut
scutū qō oēs ictus aduersarij repellit. Vñ
Apostolus Ephe. vj. In oībus sumentes
scutū fidei: i quo possitis oīa tela nequissi
mi ignea extinguere. C

Tertio notatur in the

mate assūpto. ptiositas muneris siue mer-
cedis. quia expecto donec veniat ⁊mutatio
mea. Notandū q̄ duplicem ⁊mutationez
expectat miles xpi. Vnā in morte: aliam in
resurrectione. Prima erit ad glificationem
aīe: scōa ad reformationem ⁊ glorificatio-
nez corporis. Et de hac expectatione dicit
Jacobi. v. Ecce agricola expectat preciosuz
fructū terre patienter ferens donec accī
piat tēporaneū ⁊ serotinū. Temporaneus
fructus ē premiū qō reddit aīe tempore mor
tis vel pio labore vite temporalis. Sed se
rotinus ē quē recipiet sero. i. in fine mūdi
Apla Philip. iij. Saluatorē expectamus do
minū nostrū iesum xpm qui re. cor. ⁊c. Sz
notandū q̄ primā ⁊mutationem miles xpi
cū magno desiderio expectat triplici rōne
Primo rōne veritatis cognoscende. Nam
in vita ista quasi nulla perfecta ratio de re
bus reddi potest. Quis enī redderet rōnez
solū de herbis ⁊ plāt: quomodo fiant sic fa
cte ⁊ parue ⁊ magne ⁊ virtuose. Vñ Eccl'
viij. Nocintelleri q̄ omniū operū dei nul
la possit hō inuenire rationem. Sed in illa
visione dei videbuntur oīa. vnde Grego.
Quid est qō nō videant qui videntem oīa
vident. Esaie. xvij. Expectabo dñm qui ab
scondit faciem suā a domo Jacob ⁊ presto
labo: eum quasi di. qui nūc abscōdit facies
tunc reuelabit eā: tunc in visione faciei sue
videbim⁹. Secūdo rōne beatitudinis assē
quēde. Nā beatitudo ab oībus hoībus de
sideratur: a quocūq̄ peteret si vellet bea
tus esse responderet q̄ sic. Unde q̄d po-
tuit salomō facere vt inueniret i. mūdo isto
beatitudinē fecit. vt testat in Eccle. ij. Feci
inquit mihi domos plantaui vineas ⁊c. se
quit. Et oīa q̄ desiderauerūt oculi mei nō
negaui eis ⁊c. Cūq̄ me cōuertissez ad vni
uersa opa q̄ fecerāt manus mee ⁊ ad labo
res meos in quibus frustra sudauerā: vidi
in oībus vanitatē et afflictionē spiritus ⁊
nihil pmanere sub sole. Jtē quidaz philo-
sophoz posuerūt beatitudinē in diuitijs:
quidā in honoribus: quidā i voluptatibus: ⁊
quidā non inuenientes in vita ista posue-
runt in alia. Unde ⁊ nos dicim⁹ q̄ beatus
est status omniū bonoz aggregatione
pfectus. qui quia non inuenit in vita ista:
oportet q̄ expectetur i alia. vnde Tob. ij.
Uitam illā expectamus quā deus daturus
est. Sc̄o rōne quietis possidēde. Nō enī
quietē res nisi in suo loco: vt dicit philo-
sophus. sicut ptz in pisce lapide ⁊ igne. sed
nō inuenit nisi in deo ⁊ nōdū hō vivit hic
vnde Michee. ij. Surgite ⁊ ite q: non ha
betis hic requiē. Secūda ⁊mutatio quā ex
pectat miles xpi erit in resurrectiōe: quan
do corruptibile hoc. s. corpus induet incor
ruptionē ⁊ imortalitatē: ⁊ tunc sicut dicit
j. Corz. xv. Oēs quidē resurgem⁹ sz nō oēs
immutabimur. Nā mali nō imutabuntur
immutatione glorificationis: sed tm̄ boni
glorificabunt. Ad quā glorificationē ⁊c.
¶ In funere alicuius militis religiosi. vt
sancti Johannis ⁊c. Sermo. xx.

Jlitia ē vita ho

minis sup terrā. Job. vij.
Sicut dr in principio mili-
tationū. Imperatorū ma-
iestatē nō solum armis de
cet esse decoratā sz etiā legibz armatā. Nā
aūt huius est: qz legibz dirigunt subiecti. sz
armis reprimunt vel subiugant aduersa-
rij. Per istū modū imperator celestis deus in
cuius manu est potestas ⁊ sperio. pio qui
dē republicā suā. s. hūanā naturā sue. s. ma
festati subiectā sapientissimis legibz deco
rauit. s. lege. veteri decorata p āgelos i ma
nu mediatoris. i. moysi: deinde lege nouā ⁊
euangelica data p verum mediatorē deus et
hoiez ihs xps qui moysen figurauit. Sc̄o
vo eandē republicā vt esset etiā armis mu
nitā fortissima militia circūcinxit illoz⁹ vi
delz militū: de qb⁹ dr Zach. ix. Circundabo
domū meā. i. eccliaz ex his q̄ militāt mihi.
De quoz etiaz numero militus specialr di-
ci pnt precipue illi milites q̄ deo militant
et de presenti sunt siue ad defensionē terre

sancte: fidei catholice: cōtra infideles. sicut
sunt hospitalē. qui sunt quasi milites regi
ne. vnde ⁊ milites beate virginis nuncu-
pātur. Aduertendū est q̄ deus habet duo lo
ca precipua vbi tenet militiā suā. Nā vn⁹
locus eius est in quo milites ei⁹ pbantur.
quia etiā romani antiquitus anteq̄ tyro-
nes militie sue ascriberēt: multū eos pba
bant. Uñ etiā. iij. Regū. xxv. dr q̄ sopher
princeps exercit⁹ pbabat tyrones de pplo
terre. Alius vo locus est in quo milites pba
ti honorantur ⁊ premiant. Locus ergo in
quo milites dei probant est sup terrā. Sz
locus in quo premiātur est super celos. vñ
⁊ militia celestis vocat que ex angelis et
hominibus constat. vñ Luce. ij. Facta est
cuz angelo multitudo militie celestis. De
numero etiam militū qui pbantur super
terrā est quilibet hō viuēs in ista vita mor
tali. vñ tota vita hoīs est quasi pbatio mi
litis. Et ideo dicitur in verbis ppositis q̄
militia est vita ⁊c. Ā In quibus q̄dē ver
bis loquēs beat⁹ Job de vita mortali ho-
minis ponit de ipsa tria:

Nam primo quidē ostēdit q̄ est difficilis
⁊ laboriosa. s. qz militia est.

Sc̄o vo innuit q̄ est brevis ⁊ calamito-
sa. qz vita hominis est.

Tertio q̄ est vilis ⁊ ignominiosa: qz sup
terram est.

Circa primū attendē

dum est q̄ vera pbatio militū est in exer-
citio bellorz. Valde aūt difficile ⁊ laborio-
sus est ꝓtinue bellare ⁊ oportere semp esse
sub armis militie. Sed q̄diu hō hic vivit
vndiq̄ bella fremūt ⁊ altez ⁊ carnationū siue
a carne siue a mūdo siue a demone. qz isti
sunt hostes hoīm qui militant aduersus
aiam. vnde alia littera Job vij. Tētatio est
vita hoīs sup terrā. Et idcirco semper opz
hoīes si volunt euadere: esse sub armis mi
litie ⁊ nunq̄ ea deponere. de quib⁹ dicit phi
losophus Boetio. Talia inquit ꝓtuleram⁹
arma: que nisi tu prius abiecisses: inuicta te
firmitate tuerēt. Et de his armis dicit apls
ij. Corz. x. Arma militie nre nō sunt carna-
lia sed potētia deo ad destructionē muni-
tionū. Ubi arma spūalia vt feruētr assu-
mam⁹ illa quadrupliciter cōmendantur.

Primo a necessitate: qz arma sunt. ⁊ ideo
necessaria nobis.

Secundo a congruitate: quia cōueniūt
militie nostre.

Tertio ex durabilitate: qz nō sunt carna
lia: que cito deficiant. sed spūalia que
semper durant

Quarto quoq̄ ex virtute quia potentia
deo ad destructionem ⁊c.

Circa primū nota q̄ homo licez sit fortis
⁊ audax: tū si sit inermis nō est securus cō
tra hostem. vñ arma confortant audaciā.
Sunt aūt arma inuasiua q̄bus hostis im
pugnat vt ensis lancea ⁊ huiusmodi: ⁊ de
fensiua quib⁹ homo protegitur vt scutū lo
rica ⁊ huiusmodi. Et hec est differētia inter
ista. qz inuasiua nō portant cōtinue: sed so
lū qñ hostē vult pcutere. defensiua vo sem
per marime si sit inter hostes et nesciens
locū ⁊ quādo debeat inuadi. Spūaliter aūt
arma quib⁹ diabolus impugnat a nobis
sunt opa virtutum vnde nō oportet semp
ista habere. nō enī potest homo semp ope
rari nec expedit: sed sufficit arma hec ideist
opera habere loco ⁊ tēpore sicut viso pau
pere tūc est tempus dādi elemosynā: ⁊ qñ
occurrit materia operādi. Arma vo defen
siua sunt habitus virtutum: quib⁹ hō stat
securus ne ledatur. Ephe. vj. Induite vos
armaturam dei vt possitis stare aduersus
insidias diaboli. Figura huius est q̄ quā-
do persequebātur filios israel egyptij ar-
mati ascenderūt. Sicut enī ꝑ naturā hō
nudus ⁊ inermis eodem ictu leditur ⁊ oc
ciditur: sic homo nudus grā ⁊ virtutibus
quandoq̄ ictu tentationis sic pcutitur: q̄
moritur. Et si arma virtutum haberet eua
deret ⁊ resisteret periculo. Unde Roma. xiij.
Induamur arma lucis. et dicit lucis quia
reddūt nos illuminatos ⁊ coutos ꝓtra in
fidiosos hostis. Sc̄o in auctate inducta cō
mendātur arma vtutū ex cōgruitate. quia
militie nre. s. cōgruētia. Ubi aduertendus
q̄ militia nra est militia dei: q̄ hz pugna-
re ꝓtra exercitū diaboli. Diabol⁹ aūt facit
exercitū de tribus militijs. s. de militia sua
de militia carnis: ⁊ de militia mūdi. Mili
tia aūt diaboli est cōgeries pcoz spūaliū
vt sophie vane glorie inuidie ire ⁊ occidie
Cui⁹ militie milites sunt diuerse species ⁊
modi dictoz vitioz. Et talis militia vocat
militia. celi: q: diabolus de celo cecidit cū
talib⁹ vitijs. Oū g̃ miles dei oīb⁹ tentatio
nibus taliū vitioz spūaliū fortiter resistit
tunc militia celi. idest demonū qui de celo
ceciderunt, idest omnis virtus eorum ru-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bescit ⁊ cadit. Esa. xxxiij. Labescet omnis militia celorum: ⁊ omnis militia celorum defluet. Alia militia est carnis: cuius milites sunt desideria carnalia ⁊ immunda. hec militia vincit abstinendo ab ipsis carnalibus desideriis ꝑm illud. ſ. Petri. ij. Obsecro vos abstinere a carnalibus desideriis que militant aduersus aiam. Tertia militia est militia mūdi cuius milites sunt cōcupiscentie prosperitatis. ſ. diuitiarū deliciarū ⁊ honoꝝ. Itez timores aduersitatis vnde prosperitas ⁊ aduersitas sunt duo latera siue acies militie mūdi. Qui ergo tam magnanimus est ꝙ ꝓspera despiciat ⁊ aduersa non metuat: talis pōt dicere de mūdo illō Judith. vj. Gladi⁹ militie mee trāsiet ꝑ latera eo⁹ Gladius iste est virtus magnanimitatis: q̄ tūc ꝑ latera mūdi prāsiit qū ꝓspera mundi contēnit: ⁊ eis aduersa nō metuit. Tertio cōmēdatur arma spūalia ex durabilitate: q⁹ non sunt carnalia q̄ scz cū carne deficiant sed potius cum ipso spū remanēt ⁊ perdurant. Duplici ergo ratione dicunt non esse carnalia. Primo rōne subiecti: q⁹ habit⁹ virtutum q̄ sunt arma aīe defensiua non sunt in carne que infirma est. ꝑm illud Mat. xxvj. Spūs prōptus est caro autem infirma: sed sunt i mēte que stabilis ē et perpetua. Et ideo dicit Augſ. ꝙ virtus est bona qualitas mentis Et vnūquodq⁹ est in aliquo ꝑm modū eius in quo est: ⁊ ideo sunt in mēte habitus virtutū stabiliter ⁊ firmiter. Et ideo dicūtur habitus: q⁹ ꝑm philosophū habitus⁹ est q̄litas difficile mobilis. Sed illa rō non sic intelligenda est vt intelligat cōcludere ꝙ virtutū habit⁹ qui sunt in mēte sic sint ibi stabiliter ⁊ firmiter ꝙ nō possint amitti: q⁹ habitus virtutis infuse per vnū actum peccati mortalis tollit: ly aīa in qua sunt habitus virtutū sit stabilis ⁊ perpetua ꝑm substantiā: cū sit indisposita ad talem formā vel habitu⁹ ꝓ contrariā dispositionem pcti. Nec etiam obstat ꝙ virt⁹ recipitur in aīa ꝑm modu⁹ aīe. q⁹ quia substantia aīe sit stabilis ⁊ perpetua tñ virtus recipit in aīa mediante potentia rationali: cuius ꝓprietas ē vt in oppositis possit. Et ideo nō sic firmatur ꝙ habitus virtutis: q̄n possit in oppositū ꝙ q̄ ipse habit⁹ tollitur. Nec etiā repugnat hoc ei q̄ dicit philosoph⁹ ꝙ habit⁹ est difficile mobilis: q⁹ nulla res est adeo stabilis q̄ nō statim ex se deficiat sua causa deficiente. Unde nec est mirum si deficiente cōiunctione anime ad deum qui est causa infusionis virtutum in aiam per mortale peccatū: deficiat virtus infusa: nec hoc repugnat sue īmobilitati q̄ intelligi non potest nisi sua causa manente. Sed nihilominus arma spūalia virtutum que sunt in aīa dicūtur esse durabiliora ⁊ stabiliora ꝙ ea que fundant in carne. tū quia ipsa caro deficit ⁊ aīa non deficit: tū quia aīa arma virtutū non perdit nisi voluntarie. Ea autem que fundātur in carne vt sunt sanitas ⁊ fortitudo ⁊ pulchritudo perdūtur etiā inuite. Et iterū q⁹ dispositiones que sunt i carne habēt causas magis trāsmutabiles. vñ nō sunt simpliciter difficile mobiles. Sed qualitates aīe dicuntur simpliciter difficile mobiles ꝓpter immobilitatē subiecti. vñ ⁊ simplr dicunt habitus. Secūdo arma militie nostre dicuntur nō esse carnalia: q⁹ scz opa virtutū que sunt vt arma offensiua non sunt ꝑ carnali cōmodo sed ꝑ spūali faciēdo. Un aplus. ij. Cor. x. In carne ambulantes non ꝑm carnē militam⁹. i. ꝑm glo. nō pro cōmodo carnali. Quarto cōmendant arma spūalia ex virtute: q⁹ sunt potētia. i. fortia deo. i. per deum. Nam videm⁹ etiaz in naturalib⁹ ꝙ virtus inferior non sufficit ad agendū nisi confortetur a superiori virtute. sicut virtus terre nō sufficeret ad fructificandū nisi iuuaretur ⁊ cōfortaret a virtute celestiū corporum: nec virtus hoīs sufficeret ad agendum nisi iuuaret a virtute solis. ꝓpter qđ dicit philosoph⁹ ꝙ homo generat hoīem ⁊ sol. Sic nec virtutes humane sufficerēt cōtra hostes spūales nisi iuuarent ⁊ cōfortarent a deo. Unde aplus philip. iij. Oīa possum in eo qui me ꝙfortat. Et dominus ait Joh̄. xv. Sine me nihil potestis facere vnde sufficientia nostra ex deo est: vt ō. ij. Cor. iij. Sed ad quid sint potentia arma spūalia ostēditur cū subdit. ad destructionē munitionū. i. calliditatū hoīs vel demonum. frequenter enim demō callide tentat ⁊ impugnat hoīes sub specie boni vel vtilis suggerēs noxia. Et tales calliditates sunt eius munitiones quas circa aīmā ponit vt capiat eā. Esa. xxxiij. Paliur⁹ in munitionibus eius. Paliur⁹ est carduus cū quo applanatur pānus. cū quo aliq̄n ille q̄ vēdit pānos veteres pannū attritū ⁊ veterē ita deducēdo carduos super ipm facit ele

uare pilos ⁊ apparere pilosum ꝙ videtur quasi nouus: ⁊ si sit ibi mendo non appareat super dictis pilis. et sic diabolus facit in callidis tentationibus suis: quia illud quod est malum' ⁊ nocium facit apparere bonum ⁊ vtile. vnde ipse transfigurat se in angelum lucis. Sed armatus spiritualib⁹ armis virtutū vt fide ⁊ prudētia: facile auertit euertite istas munitiones. B

Secūdo in themate

assumpto ostēditur vita humana esse breuis calamitosa. scz eoīpo ꝙ vita hoīs est. Naz vita hoīs est calamitosa: idest calamitatibus ⁊ miseriis plena. Non enī inuenitur hō qui non habeat suā miseriā. Naz aliquis habet miseriam paupertatis: aliquis fatuitatis ⁊ diuersoꝝ modorum ⁊ sunt alie fere infinite miserie quibus hominis vita est plena. Et ideo ex magna dei mia est ꝙ sit vita hoīs breuis. ꝑm illō Job. xiij. Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miseriis. Ez nihilominus videmus ꝙ homo diligit vitam et metuit mortem. Sed si diligitur vita misera: multomagis debet diligi vita beata. Et si timeſ mors temporalis ⁊ corporalis: multo fortius timeri debet mors eterna. Ez videre ꝙ nō est in potestate hominis retinere vitam corporalem: nec est in eius potestate vitare mortem tēporalem. Est tamen in eius arbitrio positum habere vitaz eternam ⁊ euadere eternam mortem. Et hoc est qđ dicitur Eccli. xv. Ante hominem vita ⁊ mors bonum ⁊ malum qđ placuerit ei dabitur illi. In quibus quidem verbis describuntur tria.

Primo differentia premij: quia ante hominem vita ⁊ mors.

Secdo distātia meriti: q⁹ bonus ⁊ malus.

Tertio libertas arbitrij: q⁹ qđ placuerit ei ⁊c. Circa primū attēdēdū ē ꝙ premiū bonoꝝ est vita: premium aūt malorum est mors. Et ista posita sunt scz per fidem ⁊ sacrā scripturā ante homines vt contemplet ⁊ consideret ea. Primo ergo ante hominē est posita per fidem vita scz beata: que erit bonoꝝ premium. sicut dicitur Deut. xxvij. Erit vita tua quasi pendens ante te. Vanc vitā scz beatā multū deberet homo desiderare ⁊ ad eā habendā sine pigricia laborare Nā ille qui hz vitā penuriosaz ⁊ durā ⁊ potest ire ad locū vbi habebit delicatissimam ⁊ abundantissimam ⁊ nobilissimā vitam: non pigritat surgere ⁊ ire. Figura habetur de hoc in filio prodigo q̄ dissipauit substantiam suā viuēdo luxuriose. et postea cepit egere ⁊c. Et subdit. Surgā ⁊ ibo ad patrē meum ⁊c. Luce. xv. Sic homo cupit hic saturari de temporalibus nec pōt tot habere vt impleatur vel satiet auaritia eius. Un semper est i fame: sed si vellet ire ad domū patris. scz ad celū tunc ciberetur pane vite ⁊ intellectus: ⁊ haberet vitā nobilissimā ⁊ interminabilem. Nā homo in vita ista hz triplicē vitam scz vegetabilē in qua cōcitat cum plātis: ⁊ sensibilem in qua cōcitat cum brutis: ⁊ intellectualē in qua cōcitat cuz angelis. Ez vita vegetabilis ⁊ sensibilis non est sine corpe: vita aūt itellectualis est aīe ꝓpria. Quādo igīt moritur homo ꝑm corpus non remanet in anima nisi vita ⁊ opatio intellectualis: que est vita nobilissima ⁊ operatio. Et maxime in his aīabus que eleuantur ꝑ glorīā ad visionē diuine essentie. in qua visione anima que non hz aliaz operationem nec appetitū nisi intellectualē: vita in dei cognitione repletur ⁊ satiatur ⁊ delectat ꝙ est in summa delectatione ⁊ fruitione gaudiosa. Et quia ibi non ē vita vegetatiua. nec appetit aīa comedere vel bibere: nec patitur famē vel sitim nec aliquā indigestionē: nec aliquaz intemperantiā humoꝝ: nec aliquā egritudinem. q⁹ iste sunt passiones que sequūtur vitam vegetatiuā: que modo ibi locum non habet. sicut nec lapis q̄ non habet vitā vegetabiles patitur aliq̄d hoꝝ. Itē q⁹ nō est ibi vita ⁊ operatio sensitiua. Non enī habetur ibi appetitus alicuius delectatōis sensibilis vel ꝑm tactū vel ꝑm gustū vel ꝑm aliquē sensum: nec habere talia sensibilia esset eis ad delectationes. Sicut nec ouis si ru apponeres ante eam carnes delectaretur: quia non est appetitus suus ad carnes: sed ad herbas. sed leo ecōtrario. Un quia ibi est tm̄ appetitus qui sequitur vitā intellectuales: ideo sunt ibi solū delectationes intellectuales que sunt delectatiōes nobilissime: q⁹ sunt ꝑm altissimas potētias. ſ. ꝑm intellectuz ⁊ volūtatē: ⁊ sunt in altissimo ⁊ nobilissimo obiecto. scz in deo. Nam si nō esset in hoc nisi virtus visiua oculorum: tunc tota delectatio hominis esset in videndo pulchros colores ⁊ pulchras figuras. Et si esset possibile ꝙ esset vna figura pulcherrima in q̄

Universidad de Deusto
Biblioteca

repꝛesentarentur ꝺ̃o figure ⁊ colores pulchꝛi: tūc nollet videre nisi illā. Sic ē de intellectu btō respectu dei. vñ isti intellectum petebat ps. cxvij. ꝺi. Intelleꝯum da mihi ⁊ vitā. s. vita eterna. qꝛ b est vita eterna vt cognoscant te solū verū deū ⁊c. Jo. xvij. Secūdo ante hominis conspectū est positum premiū malox. scz mors eterna. Abachuc iij. Ante faciem eius ibit mors. scz eterna q̄ est mors gehenne. De morte corporali videmus q mors tolerabilioꝛ est qñ hō morik er solo defectu nature: puta post longum senīū: sed horribiliox mors videtur: vel qñ homo moꝛitur morte violenta: puta quando occiditur gladio vel moꝛitur fame aut morte pestilēciali. Et talibus mortib⁹ assimilatur mors gehenne: qua moꝛiūtur peccatores finaliter impenitētes. Unde Dic. xlij. Moꝛientur in gladio ⁊ fame ⁊ peste et non effugient a facie mali qō ego afferam super eos. Dicit ergo primo moꝛientur in gladio. Gladius em̄ qui vulnerando inducit diuisiones ⁊ ꝺ̃iu manet in vulnere nō inducitur sanatio: est vitio diuine mie separans hoiem a deo ⁊ semper manebit. ij. Reg̃. xij. Nō recedet gladius de domo tua vsq; in sempiternū. Sequ̇tur. ⁊ fame. Quando homo non habet cibaria que appetit ⁊ nihil datur sibi qō vult solet dici ipse moꝛitur fame. sic erit ibi: qꝛ auferetur omnis boni copia: ⁊ omne qō desiderabitur negabitur. sicut patet Lu. xvj. in diuite epulone vñ ꝺ̃r Deut. xxxij. Consumentur fame ⁊ devorabunt eos aues ⁊c. Sequitur. ⁊ peste Pestis dicitur a pascēdo: quia est morbus pestilencialis depascēs ⁊ affligens: qui de ascendit p rotū hominē. In quo notatur q illa mors habz omnis mali copiā: ⁊ gignitur ex aere corrupto. Et sic illa pena ex corruptione peccanti. Unde Exod. ix. ꝺ̃r pharaoni: idest diabolo. Percutiā te ⁊ populū tuū peste. Sequit etiā. ⁊ non effugiēt a facie mali qō ego afferā super eos. Ubi notatur malox perpetuitas. Quando homo est in carcere ⁊ sperat euadere aliqua ē consolatio: sed ibi nulla. Itē aliqua cōsolatio esset si haberet leuē pressiones: sed ibi non Sap. xvj. Manū tuā effugere impossibile est. Ihren. ij. Non fuit q̄ effugeret in die furoꝛis ꝺ̃ni. Secūdo ponit differentia meritī: qꝛ bonū ⁊ malū supple sunt posita ante hoiem. qꝛ vtrūq; pōt facere. Ꝺ̃r videat quid faciat: qꝛ faciendo bonum merek vitaz faciendo vero malum meretur moꝛtem. Et ideo debem⁹ esse sicut dicit apostolus Ro. xij. odientes malū adherentes bono. Sed quātum ad bonū sciendū est q deberet inducere hoiem ad operandū bonum considerato nature proprie. qꝛ natura cuiuslibet rei inclinat eam ad suam propriam operationē. Unde philosophus dicit in libꝛo Ethicox. q inconueniens est esse hominē ociosum a sua propria operatione. qō probat per exemplum. Accidit enim homini q̄ fit textoꝛ vel cotarius aut grammaticus aut musicꝰ: aut aliq̄d huiusmodi. Ꝺ̃r nihil horum est in homine qō non habeat propriā operationem: alioquin ista hominī frustra aduenirent. Si ergo operatur ꝑm ista que sunt ei accidentia: inconueniens maius est q̄ sit ociosus i his que sunt ei propria per naturaz. vnde sicut in corpoꝛe videmus q̄libet pars habet propriā operationē: sicut propria opatio oculi est videre: ⁊ manus palpare ⁊ pedis ābulare: ⁊ sic de alijs ergo multo fortius ꝺ̃r operari ꝑm partem sui dignioꝛē scz aīaz. Et talis dicitur esse p pria operatio hominis. quia propria opatio rei est que conuenit ei ꝑm proprias formam. forma autē hoīs est anima rationalis vt rationalis est. Illud ergo est propriū opus hominis qō est opus rationis. hoc aūt non est corpus peccati qō est contra rationem: sed est opus bonum ⁊ virtuosum: qō scz est factum ꝑm rationem rectam. Ut sicut est proprium opus arboris producere bonum fructum: ita proprium hominis opus est facere opꝰ bonum. Unde Colo. j. In omni opere bono fructificantes. Consequenter debet homo odire ⁊ vitare malū. Et ratio est: qꝛ sicut nihil diligitur nisi sub ratione boni: ita nihil oditur nisi sub rōne mali. Ideo illud malum est maxime odiendum qō nullo modo potest habere rōnem boni. tale aūt malum est solū malus culpe ⁊ non malū tentationis vel pene: quia tentatio cui non consentitur vt dicit Greg. est materia exercende virtutis. Pena autē bona est inquantū a mūdo nos separat: ⁊ ad deum amandum nos eleuat. Unde Gregoꝛius dicit q mala que nos hic premunt ad deum tre compellunt. Sed malus culpe qō est peccatum est totaliter odiendū: qꝛ non potest habere rationem boni quod est contrariū diuine dilectioni: quia separat nos a deo cui dilectio ei⁹ nos cōiungit Eso. lix.

Iniquitates nostre diuiserunt inter vos ⁊ deum vestrū et sepatus a deo q̄ est fons boni tatis nō pōt esse bonꝰ. vñ ps. xcvj. dicit. Qui diligit dñm odite malū. s. peti. Tertio in auctoꝛitate allegata ostendit facultas liberi arbitrij cū ꝺ̃r. qō placuerit ei. s. hoi ꝺ̃bitur illi. i. si placuerit ei bonū dabit ei vita si malum moꝛs. Job. xxiij. Optio vobis ꝺaf. eligite vobis hodie qō placet. Ex his verbis videt q̄ ex libero arbitrio sit q hō faciat malum. i. petāt et dānetur: vel q faciat bonū ⁊ saluet. Sed ex hoc verbo non est accipiendū q̄ sola facultas liberi arbitrij sine gratia sufficiat ad vitandum malus peccati vel ad faciendus bonum vnde vitā eternam assequat: quia sicut dicit Aug. in libꝛo hyponosticon verbum istud Eccle. intelligitur de hoie ꝑm statū nature integre q̄n nondū erat seruus peti. vñ poterat peccare et non peccare: nunc etiam quodcūq; vult homo datur ei: sed hoc q̄ bonum vult habet ex auxilio gratie. ℭ

Tertio in themate assū

pto ostenditur q̄ vita hominis est vilis et ignominiosa. scilz ratione loci. quia super terram vbi sunt viliora et ignobiliora. Ꝺ̃r dicitur Eccle. vij. q̄ deus fecit hominē rectum. rectum autem dicimus cuius medius non discrepat ab extremis. Principium autem hominis fuit ex terra: et finalis resolutio eius erit in terram. Unde conueniens fuit q̄ medium scz vita eius esset etiam in terra. Dicitur tamen militia eius esse super terrā: qꝛ non p terrenis: sed p his q̄ supra terrena sunt. i. pro supremis et celestibus bonis debet hō militare. vñ apls Col. iij. Que sursum sunt sapite et non que super terram: scz immediate. Eccli. ij. Exaltasti super terrā habitationem meā. s. in celesti gloria. Ad quam deus nos perducat ⁊c.

℣ In funere doctoris legum vel decretorum.

Sermo. xxj.

Bi litteratꝰ: vbi

nos fortiter ⁊ valenter habebimus i fine optimam ⁊ perpetuam pacē. de qua i ps. ꝺr. Posuit fines tuos pacem. Ubi aduertendum q̄ homo hꝫ duos fines vltimos: Unus est glorificatio aīe post mortē corporis. ⁊ hic finis est vita eterna. ⁊ hunc finem assequitur homo per meritum bone vite. Nam sanctificata ⁊ purificata aīa recipit gratiā dei per quam pducit fructus idest meritum boni operis et quo sequit premiuꝫ vite eterne que est vltimus finis. Et ideo dicit apls Ro. vſ. Habetis fructū vestrū in sanctificationē. finem ꝺo vitam eternā. que scz vita consistit in cognitione pfecta sanctissime trinitatis in qua hꝫ homo perfectissimā pacē. Et hoc ostenditur in ipso nōe pacis in quo sunt tres lre exprimentes tres diuinas psonas. ſ. P. i. pater ⁊ A. i. amor qui ē spiritussanctus ⁊ H. idest xps filius dei. Unde in visione ⁊ fruitione sanctissime trinitatis habebim⁹ q̄ dam ⁊ pacem. ps. In pace in idipsum. dormiam ⁊ requiescaꝫ. Et ratio huius requietionis ⁊ pacis est. qꝛ q̄ꝺiu homo appetit aliquid ⁊ desiderat non est in pace donec habeat illud. ideo nullus in hoc mundo est i plena pace. qꝛ si hꝫ vnū desiderat aliꝺ Sꝫ qñ homo nihil appetit qꝺ non habeat ⁊ habet omnia appetibilia tūc erit in plena pace. ⁊ hoc est in illo vltimo fine beatitudinis anime. quia ōme qꝺ desiderari potest habꝫ. ⁊ inuenitur in deo in quo et de quo beatitudo habet. Unꝺ boetiꝰ dicit q̄ beatitudo est statꝰ omniū bonoꝝ aggregatione pfectus. ⁊ tūc homo requiesceret in perfecta pace. de qua dicitur Esa. xxxij. Sedebit populus meꝰ in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie ⁊ in requie opulenta. Secūdus autē finis hominis erit glorificatio corporis. ſ. in fine mundi in resurrectiōe que resurrectio fiet virtutē xpi fm illud. ſ. Corint. xv. Nūc aūt xps resurrexit a mortuis primitie resurgentiū q̄m quidē per hominē mors ⁊ per hominem resurrectio mortuoꝝ. Et sicut in adam oēs moriūtur. ita in xpo oēs viuificabuntur. Unusquisq̄ aūt in suo ordine primitie xps. deinde hi qui sunt xpi qui in aduentu xpi crediderūt. deinde finis. Nihil em̄ restabit vlterius habēdum post̄ꝫ hi qui sunt xpi. i. sancti resurrexerint cum corporibus glorificatis. ⁊ erunt glorificati ⁊ beatificati in anima ⁊ in corpore ex beatitudine anime in corpus redundante. ⁊ tunc erunt in perfectissima quiete ⁊ pace. quando corruptibile hoc corpus induet incorruptionē. ⁊ immortalitatem ⁊ non erit subiectum alicui passibilitati. Erit ergo in fine pax pfecta ⁊ pacis nō erit finis: sicut dicitur Esa. ix. Ad quem nos perducat deus ⁊c.

¶ In funere alicuius dispensatoris vel castaldi. Sermo. xxvij.

Ocauit dñs vil

licū: ⁊ ait illi. Quid hoc audio de te. redde rōnem villicationis tue. iam em̄ nō poteris villicare. Luc. xvj. Qꝛ deus dedit hominib⁹ arbitriū libertatem: qua plerūq̄ ipsi hoīes ⁊ bene vtunt ⁊ male: ⁊ nō esset cōueniēs q̄ ipse deꝰ cuꝰ prouidentia oīa gubernant finaliter sub prouidētia sua aliquid inordinatū relinqret opꝫ q̄ vnuscuiusq̄ hoīs facta siue bona siue mala sint ad examen diuini iudicij aliquādo reducant vt scz recte facta approbētur ⁊ premient ⁊ inordinate facta p punitionē penalē fm diuine iusticie rectitudinē ordinent. Hoc aūt verbis ꝓpositis exēplo villici. i. dispensatoris cuiusdā dñi demonstrat a quo oīs de administratiōis sibi cōmisse dispensatiōe districtā rationem exegit: ⁊ ꝓpter infidelitatē dispensandi q̄ ab administratiōe eū amoueret cōminat⁹ fuit. Et sic facit deus cuilibet homini de bonis nature vel fortune q̄ sui arbitrij gubernationi cōmisit in die mortis vel in iudicio finali. Dicit ergo in p̄dicto exemplo Uocauit dñs villicum. ¶ In quib⁹ quidem verbis de isto villico seu dispensatore quattuor describunt que ad iudicium: qꝺ deus facit in morte vniuscuiusq̄ homini congrue referunt.

Et primum est citationis preuentio. qꝛ vocauit dominus villicuꝫ. idest citauit ad iudicium suum.

Scōm est diffamationis obiurgatio: cū subditur: ⁊ ait illi. q̄ꝺ hoc audio de te.

Tertium est administratiōis examinatio: cum additur. redde rationem villicationis tue.

Quartū est dispēsationis priuatio: quia iam em̄ non poteris villicare.

Circa primū aduertēdū

est q̄ sicut dicit beat⁹ Piero. villicꝰ ꝓpue

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur ille cui commissa est gubernatio ⁊ dispēsatio eoꝝ que sunt in villa. Sed econom⁹ vocatur dispensator generalis. ⁊ pecuniē ⁊ frumēti ⁊ omniū que dñs possidet. Iste ergo dispēsator significat quemlibet hoīem: qꝝ cuilibet homini cōmisit deꝰ gubernationē ville. i. plone pprie ⁊ bonoꝝ q̄ hꝫ dispensationē. Vic ergo a dño vocatur siue citatur vt ad iudiciū suuꝫ veniat: qñ p mortē de hoc mūdo egredit. vñ ipsa mors est velut nūcius dñi citans hoīem ad diuinū iudiciū. Sed nota differētiam inter diuinū ⁊ humanū iudiciū: qꝝ illi qui vocant siue citant ad iudiciū curie humane aliqñ non obediunt citationi neq; veniunt ad respondendū iudici, vñ efficiuntur contumaces. Prouer. ſ. Vocauī ⁊ renuistis. Sed vocationi siue citationi q̄ fit per mortē ad diuinū iudiciū nullus pōt inobediēs esse qꝝ omnes manifestari oportet ante tribunal xpi. ⁊ ideo sicut nullus pōt subterfugere mortē: ita nec iudiciū. ⁊ ideo necessario in examine illius iudicij. opꝫ vnūquemq; iudici respondere. Et ideo dicit. Job capi. xiij. loquēs ipsi iudici deo. Vocabis me. ⁊ ego respōdebo tibi. In quib⁹ quidē verbis debemus attendere duo.

Primo citātis auctoritatem. qꝝ vocabis idest citabis me ad iudiciū: scꝫ tu christe q̄ constitutus es a deo iudex viuorum ⁊ mortuorum.

Scō obediendi necessitatem. qꝝ respōdebo tibi scꝫ necessario quasi non potero subterfugere quin respondeam.

Circa primum aduertendum est q̄ vocatio hominis per mortem peccatori quidem est valde terribilis: iusto autem valde est amabilis. Ratio autem primi est: quia quando peccator moritur videt se vocari ⁊ citari ad iudicium districtissime examinationis seuerissime condemnationis ⁊ grauissime priuatiōis. ⁊ ideo oportet q̄ fit in maximo timore. Et de tali vocatione dicit Esa. xxvi. Vocauit dominus deꝰ exercituum in die ista ad fletum ⁊ planctum ⁊ calui tiū. Vices enim ad litteram in morte hominis concurrant fletus consanguineoꝝ lachrymantium: ⁊ planctus lamentantium: ⁊ calitrium se deplantium: tamen magis hec in diuino iudicio cōtingunt peccatori morienti. Habet enī causam flendi in culpaꝝ examinatione: quia in examine diuini iudicij omnia mala ⁊ peccata que vnq; fecit venient ita ad plublicum q̄ nulla poterūt tergiuersatione celari. multum autem haberet materiam flendi qui videret publicari ea qua propter deberet ad suspendium ⁊ mortem condemnari. Et sic peccator qñ videbit apparere omnia peccata sua propter que condemnabitur ad inferni paritulum ⁊ ad mortē eternam flebit. Et ideo bene possunt dicere peccatores morientes ad diuinum iudicium venientes. Vocauit nos dominus ad fletū. Abac. riij. Ibi erit fletus Itez peccator habebit in diuino iudicio causam lugendi ꝓpter penaꝝ damnationem: quia dānabitur ad penas eternas acerbas ⁊ varias. Unde dicit anime damnate Viere. vj. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. Et assimilatur perditio animo perditi vnigeniti. i. vnici filij. qꝝ nō habet homo nisi vnicam animam quam si perdiderit non habet aliam que saluari possit. Itez erit ibi calnitium que est denudatio siue priuatio capillorꝝ. i. priuatio ⁊ expoliatio oīm bonoꝝ. Priuantur enī damnati bonis supernis. i. gaudijs celestibus. Item internis ſ. gratia ⁊ virtutibus ⁊ omni interiori ꝑsolatione ⁊ est tota ala repleta doloribus. Itē sunt priuati bonis eternis. i. temporalib⁹ omnib⁹ vt nichil scꝫ possint ex eis aliquod subsidiū recipere. Esa. ij. Decalualit dominus verticem filiarū syon. i. animarum damnatarum.

Sed homini iusto vocatio que fit in morte est valde amabilis: siue respectu termini a quo: siue respectu termini ad quē vocat. Nā per hanc vocationē educit a mundo angustioso ⁊ penoso: perducitur tanq; filius dei cum honore ad celestem hereditatez. Unde de tali vocatione hominis iusti dicit figurate. Osee. xj. Ex egypto vocaui filium meum. Egyptus enim interpretatur angustia siue tribulationis coangustatio vnde recte significat mundum istum in quo viri iusti multum angustiantur et tribulant. vñ ps. dicit in ꝑsona cuiuslibet iusti. Tribulatio ⁊ angustia inuenerūt me. Nam nichil est in mūdo quod non habeat plus de tribulatione q̄ de consolatione. Hoc figuratū Nume. xj. in filijs israel qui direrunt. In mentem nobis veniunt cucumeris ⁊ pepones porrique ⁊ cepe ⁊ alia q̄s comedebamus in egypto. Omnia enī hec scꝫ porri cepe ⁊ alia plus habēt de credinis q̄ dulcoris, vñ signant bona huius mundi que plus habent penalitatis q̄ delectationis, vñ amabile est viro iusto et hac egypto. i. mundo angustioso vocari ⁊ educi. Itē qꝝ ex tali vocatione perducit ad hereditatē celestē: qō notat in auctoritate predicta in eo qō dicit: vocaui filiū meū. Bala. iij. Si filius ⁊ heres: immo coheres xpi vt scꝫcā ipō dei filio perfruat celesti hereditate. vnde. ſ. Eoꝝ. ſ. Fidelis deus ꝑ quez vocati estis in societatez filij eius dñi nostri iesu xpi. Scō in auctoritate iob superius adducta notat obediendi necessitas cū dicitur. respondeo tibi quasi nō potero subterfugere vt vocat⁹ ⁊ citatus a te non veniā ad examen iudicij tui in quo necessario oportebit me respōdere tibi. B

Notandū est hic q̄ dupler est dei iudicium ad quod vocatur homo vt respondeat. Primū est iudicium penitentie. Ad quod vocatur peccator viuens diuersimode. Primo quidē per litteras: scꝫ scripturas ad penitētiā vocātiū et citentiū: quas litteras offerūt peccatoribus sancti predicatores sicut ōr. Abac. iij. q̄ venit Johannes baptista predicās in deserto iudee: et dicēs. Penitentiā agite. appropinquabit enī regnū celoꝝ. Et petrus p̄dicans ad populū Actuū. iij. ait. Penitemini et cōuertimini vt deleantur peccata vestra. Scō vocat ad penitētiā nutu manus vel signis creaturarum quorū beneficia etiam peccatoribus non subtrahit: q̄uis eū frequenter offendant: vt eius cōsiderantes benignitatem saltem per penitentiam ad eum redeant. Roma. ſ. An ignoras qꝝ benignitas dei ad penitentiam te adducit. Sed qꝝ ipse ad hoc non attēdunt cōqueritur. Proverbioꝝ. ſ. Extendi manum meam nec fuit qui aspiceret. Extendit enim deus manum suam sua beneficia largiēdo: inuenio per hoc vt ad deum redeamus: sicut reuocatur accipiter cibum offerendo. Tertio vocat dñs ad penitentiam vocibus: idest inspirationibus. Esaie. xxx Aures tue audient verbum post tergium monentis. ps. Audiam quid loquat in me dominus deus meus. qui stat ad ostium cordis et pulsat. sed multi nō aperiunt ei quod est magna rusticitas. Quarto vocat et citat dominus ad iudicium penitentie per nūcios idest per flagella que deferunt nobis signū salutis. Sapientie. xvj. Ad correptionem in breui turbati sunt signum habentes salutis. Istis ergo nunciis debemus respondere per cōtritionē confessionem. et satisfactionem. Sed miseri peccatores non respondent: immo turpiter eiciunt et sine honore remittunt. sicut. ij. Regū. x. factum est nunciis dauid missis ad amon. Unde multi peccatores vocati et citati a domino omnibus predictis modis vt veniant ad penitentie iudicium: non respondent vocati neq; citationi obediūt. Et mirabile est q̄ canis vocatus a domino statim vadit et currit ad eū. et factura ad creatorem: filius ad patrem: seruus ad dominum venire contēnit. Ideo conquerit Job. xix. Seruū meum vocaui et non respondit mihi. Unde stulti non respondendo vocati domino nec obediendo citationi iudicis efficiuntur cōtumaces et rei. Nam ꝑm humanū iudicium dicitur esse contumax qui citatus tribus edictis vel vno pro omnibus non venit ad iudicium. ff. de re. iudi. l. contumacia. Et hoc modo peccator citatus a deo tripliciter, scilꝫ per eius flagella ꝑ eius ꝭba ⁊ per eius bñficia: si non venit ad iudicium penitētie contumax est. Item dicitur esse cōtumax qui non vult respondere: puta qui impedit vel pcurat q̄ citatio ad ipsum non perueniat. et talis, pro citato debet haberi. ff. de reg. iu. l. ad ea. §. sēper. et. l. in iure ciuili. ⁊. l. quibus diebus. Et huic assimilātur peccatores qui predicatores et predicationes refugiunt quorū. scꝫ verba sunt vellut iudicis edicta. Unde de talib⁹ peccatoribus dicitur Job. xxj. Direrunt deo recede a nobis: scientiā viarū tuarum nolumus. Item nota q̄ dicitur contumax qui venit in ꝑsentiam iudicis: sed non exhibet se siue representat sic q̄ iudex ipsum cognoscat: sed potius latitat retro columnas aut stationes. ff. er quibus causis in pos. ea. l. fulcinius. §. quid sit latitare. ⁊. §. Itē sciendū. Et huic assimilatur is qui venit ad penitentiā vel confessionis iudiciū: sed non sic confitetur q̄ sacerdos eius conscientiam agnoscere possit: aut quia occultat aut quia palliat vel excusat ⁊ huiusmodi. Unde etiam in humano iudicio dr contumax qui iudici obscure respondet. Et sic qui cōfitetur per verba obscura ⁊ inuoluta. Item dicitur contumax qui recedit sine licentia in auct. de litigio. §. coram ꝺo col. vij. et talis est qui recidiuat in pcīs vel qui penitētiā sibi impositā nō perficit

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed absq; dispensatione vel licētia sacerdo
tis eā dimittit. Dicit etiā cōtumax qui ad
ceptum iudicis' non desistit. in quo casu
res manu militari ei iubetur auferri. ff. de
rei vē. l. qui restituere iussus. Et his assimi
lant q; ad dictū sacerdotis aliena non resti
tuūt postq; cōfessi sunt. vū deus per alias
vias aliq; aufert eis er quo restituere no
lunt. Oēs aūt dicti cōtumaces dicunt nō
respondere. aut qz nullo modo respondent
aut qz nō vt debēt. et ideo oēs punientur a
deo. sed aliter q; puniat contumacia in in
dicio canonico humano. Nam canon' dicit
cōtumacē excōicari debere. xj. q. iij certum
qz oēs cōtumacia graue crimē potest dici.
est em quasi crimen idolatrie repugnare
velle t q; scelus idolatrie nolle acq̄escere
vin. q. j. sciendū. Sed de pena que infertur
a deo nō respondentibus vocationi t cita
tioni sue ad iudicium penitentie ōr Esaie
lxv. Omnes in cede corruetis pro eo q; vo
caui t non respondistis mihi. Et vult dice
re. oēs in cede idest mortis occisione cor
ruetis in infernum: Sed est aliud dei iudi
ciū, scz iusticie q; fit in morte vniuscuiusq;
et hoc nullus potest subter fugere nec con
tumax esse vt nō assistat iudici ad respon
dendū ei et se manifestādo et eius sentētie
parendo. Sed quid poterit miser et impe
nitēs peccator respondere in illo iudicio?
certe non nisi male pro se. Unde iob. xxj.
Cum surrexerit ad iudicandum deus t cū
quēserit. quid respondebo ei? Sed si bene
respondisset hic in iudicio penitentie non
oporteret timere in illo iudicio iusticie q;
vt dicitur. j. Corinthior. xj. Si nosmetip
sos diiudicaremus: nō vtiq; a dño iudica
remur scz ad penam. E

Secūdo in themate as

sumpto ponit diffamationis obiurgatio
cū ōr. q̄d hoc audio de te? Ubi notandū q;
ponitur obiurgatio per modū inquisitiōis
Et rangunt in ea tria que precipue sunt in
inquisitione obseruanda. Primū est ex pre
inqrentis. qz ait. illi. Ubi nota q; istud de
quo villicus apud eum fuerat diffamatus
t de quo volebat inquirere: non ei tacuit
sed ait illi. scz presenti. Et quo colligitur
q; ille contra quem fit inquisitio debet esse
ps̄ens t oēs cōtra quos procedit̄ur: nisi p
cōtumaciā se absentent: t debz fieri coram
ecclie sentoribus: t ea que obijciuntur ei;
vel de quibus debet inquisitio fieri: sun
illi exponēda: vt facultatē habeat defen
dendi seipsum. t nō solū dicta sed etiā no
mina testiū sunt ei dicenda: vt q̄d t a quo
fit dictum appareat: vt extra de accu. inq̄
si. t denō. qualiter t q̄n. t. v. q. ij. si prima
tes. Sed tñ cauti iudices cōsueuerūt tra
dere depositiones sine noibus t nomina
sine depositionibus ꝓpter restiū odia eui
danda. Scōm q̄ arrēdendū est i inqui
sitione est er parte criminis. q̄ notat cū
dicit. quid hoc audio. hoc scilz crimen de
quo premiserat q; diffamatus est apud
illū q̄si dissipasset bona illi? . Ergo de di
lapidatione bonoꝝ sibi cōmissorum inqui
rebat: que furtū t graue crimen includeb
bat. Et quo etiā colligitur q; nō de leuib
sed de grauibus debet inq̄sitio fieri: vt de
homicidio vel hereſi simonia adulterio
fornicatione t huiusmodi. ex de accu. in
qui. Itē dixit audio: qz tunc debet moueri
ad inquirendum cum crimen commissum
nō tm semel sed sepe t per famam ad au
res eius peruenerit. Et exponūt quidam
sepe saltē duabus vicibus vel pluribus:
t hoc innuit ipsa diffamatio villici illius
vñ dixit audio. s. sepe t a fidedignis. vnde
debet esse talis cōtra quē inquiritur vt sit
infamatus non a malivolis vel inimicis
t maledicis: sed a bonis t discretis: vt ex
tra de accu. qualiter t q̄n. t extra de pur
ga. ca. cū in iuuentute. t. ij. q. v. oibus. Et
dixi a bonis t discretis. qz sufficit q; apud
bonos t graues sit diffamat? : non distin
cto a quibus ortum habuerit diffamatio
quia infamia ab incerto auctore procedit
ij. q. iij. sacramentum. Tertiū q̄ debet
attēdi in inquisitione est qualitas eius con
tra quem fit inquisitio. et ideo dixit: de te
scz villico meo, qui villicus preerat ville in
quo figuratur prelatus qui preest ecclesie
Et quo colligitur q; nō solum contra sub
ditum: sed etiam contra prelatum inquiri
potest et debet cum excessus eius suprad
icto modo fuerit auditus. vt extra de accu
sa. qualiter et quando. Sed quantum ad
iudicium diuinū quod fit in morte c uius
cunq; hominis ipsa propria cōscientia co
ram deo accusabit. Et tunc dicere poterit
ei deus. quid hoc audio de te, auris enim
dei spūalis est. et ideo audit ōia que cor vl
cōscientia etiam intus spiritualiter dicit.
Et ideo ōr Sapien. s. In cogitationibus

impij interrogatio erit. sermonū aūt illi
auditio ad deum veniet: t ad correptionē
iniquitatū illius. quoniā auris celi audit
omnia. Et quibus verbis manifeste colli
gitur q; in illo iudicio latere nihil poterit
neq; cogitationes: neq; sermones: neq;
iniquitates: idest inique operationes: qz
auris celi dei omnia audit. D

Tertiū quod ponitur

in themate assumpto est administratiōis
examinatio: cum dicitur. redde rationē vil
licationis tue.

In quibus verbis primo exigit debitū:
quia redde rationem.

Secundo commemorat officium: quia
villicationis tue.

Circa primum attendendum q; tenetur
quilibet reddere rationem deo de his que
sue cure cōmisit: t ipsa rerum gestarū ma
nifestatio erit rationis redditio. Sed ista
redditio ratiōis erit valde formidabilis.
Primo quia oportebit reddere rationē de
multis, scz de oibus dictis t factis t cogi
tatis, Sap. vj. Altissim? interrogabit opa
vestra: et cogitationes vestras scrutabit.
Item quia oportebit reddere rationez de
minimis. Matth. xij. Omne verbum ocio
sum q̄ locuti fuerint homines: reddent
rationez de eo in die iudicij scz vltimi vel
iudicij mortis. Item qz oportebit reddere
rōnē de oibus tempoꝝ momētis. Bernar.
Sicut nec momētū pertrāsibit de tēpore.
ita omne tēp? tibi impēsum requiretur
a te qualiter sit expēsum. Unde omni die
et fere oī hora deberet hō cogitare de ista
hora et de rōne reddenda. qz qui in ea defe
cerit acriter punietur. Sicut enim in fine
hebdomade solent pueri reddere rationez
totius septimane: et qui nescit reddere ver
berat et qui scit euadit t operarij recipere
mercedes p opibus suis: et deficientibus
nūdinis vadit mercatores ad pagamentuz
idest solutionē constitutā. Sic in fine vite
oportebit reddere rationē de oibus et reci
pere penā vel mercedē. Mat. xxv. Veniet
dñs seruoꝝ illoꝝ et ponet rationē cū illis.

Secō cōmemorat officium: quia villica
tionis tue. i. dispensationis tibi cōmisse a
qua. s. t villicus dictus est. Ez male admi
nistrauerat eā. Luce. xvj. Nō quidā erat di
ues qui habebat villicū t hic diffamatus
est apud illum quasi dissipasset bona illius

In quibus ꝓbis notātur duo. Primum est
cōmissio potestatis quia habebat villicum
idest dispensatorē. quia accipitur hic villi
cus pro economo: et significat quēlibet ho
minem: quia cuilibet cōmissa est dispēsatio
et rerum exteriorum et corporis et aie. i. vt
de rebus temporalibus reddat discretas
elemosynas: ō corpore casta ieiunia, de aia
orationes deuotas. Et hoc figurauerunt
illa tria que obtulerunt magi dño. s. aurus
de quo pōt fieri elemosyna: thus in quo si
gnat oratio feruida: et myrrha in quā mor
tificatio carnis p ieiunia. Secundo notat
diffamatio criminis. qz hic diffamatus est
apud illū quasi dissipasset bona illius. Ubi
nota q; diffamatio aliq̄n fit a ꝑsonis gra
uibus et tūc facit violentā ꝓsumptiones
q̄nq; a personis leuibus et tūc facit leuem
suspitionē: aliq̄n ꝓ ab infamibus t tunc
potius facit cōdemnationē. Hic peccator
in iudicio mortis diffamatur a fide dignis
scz ab angelis sanctis. Diffamatio autem
istius fuit q; dissipasset bona illius. Dissi
pat em̄ ꝑsō: res tēporales q̄n eas male ex
pendit: dissipat corpus q̄n in voluptatib?
nutrit: dissipat aīam quando nō orationes
deuotas sed malas cogitationes emittit.
Hec figurauit Luce. xv. in filio prodigo qui
substātiā suā dissipauit. corp? suū luxurio
se viuēdo in voluptatib? enutriuit. t aīam
suam malis cogitationibus repleuit. vnde
cupiebat saturari de filiquis porcorum. i.
de cogitationibus immundorum. E

Quarto ponitur ī the

mate assumpto dispēsationis priuatio cui
subinfertur. iam nō poteris villicare. s. ab
officio villicādi amotus. Hic em̄ est effect?
inquisitionis quoad prelatum. Nā si inqui
ritur contra prelatum administrationē ha
bentem qui per illū videtur significari vil
licum t cōuincitur de crimine: ista est pena
eius certa t determinata. s. remotio ab ad
ministratione. extra de accusa. qualiter q̄n
Tunc ergo non erit pena arbitraria. nam
facti quidē questio est in arbitrio iudicāt
pene ꝓ ꝓsecutio nō eius voluntati man
datur. s; legis arbitrio reseruatur. vt. ij. q
iij. §. t notādū . t. ff. de ꝓ. fig. l. si qua pena
Si ꝓ is contra quem inquiritur fit priua
ta persona non habens administrationez:
tunc est pena arbitraria q; ꝑm merita per
sone t qualitatem excessus poterit iudicāt

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis discretio moderari: extra de accu. inquisi. in fine. Sed hec fallunt in criminib⁹ enormibus que ordinis suscepti executionem aut retētionem beneficij post penitentiam impediunt. vt est videre in homicidio et simonia i ordine et beneficio: vt extra de accu. inquisi. In his em et cōsimilibus sic est sicut in accusationis iudicio procedendum Sed quantum ad iudiciū dei qō fit in morte in quo per istum villicum quilibet homo figuratur: qui bona sibi commissa scz animā et corpus et res tēporales maleviuēdo dissipauit. non solum ab administratione corporis aut rerum temporalium remouetur per mortem: sed etiā vlterius p diuinam sententiam infernali pene adiudicat. nisi sibi prudēter prouideat. sicut iste villicus fecit. qui ait Luce. xvj. Quid faciam. q⁹ dñs meus aufert a me villicationem. Fodere nō valeo ꝛc. In quo exemplo notāda sunt tria. Primū est prouisionis inquisitio. Quid inquit faciā: q⁹ dominus meus aufert villicationē. Quasi diceret. nō cōtra hoc possum mihi prouidere quin hec administratio auferat. q⁹ hoc fit p mortem cui nullus resistere pōt. Sed quid faciā videri⁹ vt nō mittat ad penas eternas. Sed huic ḡstioni scz quid sit faciendū optime respondet Abdias. vj. ꝛ prudenter consulit dicens. Indicabo tibi o homo quid sit bonuz ꝛ qd dñs requirat a te. Utiqz facere iudiciuz scz de teipso per penitentiā: ꝛ diligere iuxta proximo per elemosynam: ꝛ sollicitum te ambulare cū deo tuo. scz proficiendo p bona opera. Et sic ostendit quid hō debeat facere ꝛ respectu sui ꝛ respectu proximi ꝛ respectu dei. Secūdo aduertēda est in exemplo villici infirmitatis recognitio: quia dixit. Fodere non valeo mēdicare erubesco. Quasi diceret: cognosco impotētiam meaz q⁹ nō potero me post amotionem a villicatione: idest post mortem iuuare per me ipsum laborādo. vnde ait. fodere nō valeo. Ysaie. v. Non putabitur neqz fodietur. Et sic de vinea anime q̄ post mortē non poterit putari: idest a vitijs purgari per penitentiā: neqz poterit fodi vt amoueātur ab ea spine ꝛ vepres: idest pene ꝛ supplicia p misericordiā. Item cognosco q⁹ nō potero me iuuare per alios. s. p donū vel mutuuz mendicādo. vnde ait. mendicare erubesco scz quia nō daretur mihi. Nam q̄uis multam misericordes sint sancti hoies ꝛ multum pie sint mulieres. et sons pietātis sit christus. tamen diues epulo. de quo Luc. xvj. in inferno existens non potuit a sanctis viris scz abraham ꝛ lazaro impetrare vnam guttam aque. Item virgines fatue de quibus Matthei. xxv. non potuerunt impetrare a mulieribus virginibus vnaz guttam olei. nec a christo sponso q⁹ ingrederentur ad nuptias: sed clausa est eis ianua. Et ita accidit pigris qui nolunt laborare in hac vita. Prouerb. xx. Propter frigus piger arare noluit. mendicabit ergo estate. idest in inferno vbi erit estus gehēne et non dabitur. Tertio aduertenda est in exemplo villici sagacitatis prouisio qui dicit. scio quid faciam. Et postea fecit opera misericordie debitoribus domini sui debita minuendo. Et sic consulitur Luce. xij. Ellēdite que possidetis ꝛ date elemosynā. Facite vobis sacculos qui non veteraſcūt thesaurū nō deficientē in celis. Ad quem thesaurum nos perducat ꝛc.

¶ In funere alicuius aucupis vel venatoris. Sermo. xxviij.

Anima nostra e

repta est de laqueo venantium. ps. cxxiij. Sicut auceps studiuz suū ponit ad capiendas aues. venator ad capiēdas feras siluestres ita diabolus totum studiū suum ꝛ conatuz ponit ad capiendū a tias precipue fideles. Sunt enim quidaz hoim qui scz habēt animas leues ꝛ incōstātes sicut superbi ꝛ vane glorioſi. et isti ad modū ausū a diabolo apprehendunt Quidā vo habent animas graues et terrenis inherētes sicut auari ꝛ cupidi: et isti ad modum ferarum a diabolo apprehendunt Sed quādo homines ad penitētiā redeūt precipue in fine ita vt bene moriātur. s. per confessionem peccatorū et sacramēta ecclesie sint a laqueo peccati liberati: tunc post mortē gratias deo agūt. quia et a deceptione aucupis ꝛ a captione venatoꝝ: idest demonum se ereptos et liberatos inueniunt. et ideo ex persona taliū defunctoꝝ dicūtur verba proposita. Anima nostra ꝛc. A In quibus quidē verbis ostendit q⁹ p bonam mortem hominis anima a tribꝰ malis eripitur quibus cōmuniter in vita subiacetur. Nā primo quidē eripitur a mūdi afflictiōe qō notat primo cū dicit. aīa nra erepta est

Secundo a peccati infectione: cum subditur. sicut passer.

Tertio a diaboli deceptione: cū additur de laqueo venantium.

Circa primū sciendū

est q⁹ dupler potest esse aīe afflictio. Una tēporalis ꝛ trāsitoria: quaz patitur in mūdo. Alia futura ꝛ eterna: quaz patietur ex peccato in inferno. Homines autē imprudentes magis timēt penas istas transitorias q⁹ timeant illas eternas. Sed ecōtrario prudentes homines magis eternas q⁹ transitorias metuūt. Et ratio istius diuersitatis est: quia iprudētes hoīes respiciūt mā ad presentia: que scz sensibus subiacēt vnde in hoc assimilantur bestijs: que non respiciunt nisi ad presens delectabile vel tristabile. Et ideo tales diligūt bona trāsitoria ꝛ non curāt de eternis. Vñ dicūt p verbiuz suū scz q⁹ ad presens ona cras pulis sunt meliora. Figura huiꝰ habek Ysaie xxxix. i Ezechia qui dixit. Fiat tñi pax ꝛ veritas in diebus meis. Et sic penas transitorias quia presentes sunt magis metuūt q⁹ eternas futuras: ꝛ dicunt ad hoc aliud puerbiū suū scz q⁹ qui euadit de vno puncto euadit de multis: quasi diceret: euadat mus mō istā penā presentē de alia bū fiet. Sed hi qui prudētes sunt nō respiciūt soluz ad presentia: sed magis ad futura. Vñ boetius dicit. Nō qō ante oculos situz est sufficit intueri: sed rerum exitus prudētia metit. Vñ q⁹ in exitu vite perōnibus dant pene eterne: tūc imprudentiā suā cognoscere cogunt. ꝛ tūc prudentes q̄ presentes penas ꝛ afflictiōes quas siue p penitētiā siue per patientiā salubiter portauerunt. videtes se ereptos a penis eternis ꝛ a demonū crudelitatibus deo gratias agētes dicent illud ps. Torrentē pertransiuit aīa nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilē: benedict⁹ dñs ꝛc. In quibus quidem verbis quasi loquētes de se iusti defuncti tria dicunt.

Quia primo ostendūt se ereptos a presentis vite aduersitate: cū dicunt torrentē pertransiuit anima nostra.

Secōo a future miserie calamitate: cum subdunt. forsitan pertransisset aīa nra ꝛc.

Tertio a demonum potestate: ꝛ de hoc gratias agunt dicētes. Benedictus dominus qui non dedit ꝛc.

Circa primuz aduertendm est q⁹ quasi aqua torrētis est aduersitas vite presentis.

Quam quidem viri prudētes ꝛ iusti patienter tolerāt. Primo ratione brevitatis quia inundatio aque torrentis cito uenit ꝛ cito recedit. Torrēs em est aqua cum impetu veniens ꝛ cum impetu recedens. vnde dicitur torrēs: quia cum impetu crescit sed ficcitate torrescit. Et ita accidit de aduersitate iustorum in hac vita: sicut patet in tobia ꝛ iob qui cito liberati sunt ab aduersitatibus ꝛ afflictionib⁹ suis. Job. vj. Preterierunt me sicut torrens qui raptim transit in cōualibus. Secō patiēter tolerant viri iusti aduersitatē vite presentis p pter exēplū sui capitis: idest christi: quis sicut dicit Gregorius. Si passio christi ad memoriam reuocetur: nihil est adeo durū qō non equo animo toleretur. Ipe enim qui erat caput nostruz in vita huius mūdi erat sine: multuz bibit de aqua torrētis: idest de pēa vite presentis: ꝛ propterea meruit exaltari. vnde in ps. De torrente in via bibit: propterea exaltabit caput. Et sic exaltabuntur mēbra huius capitis: idest iusti confimili aqua potati. Sed iniquis ꝛ peccatoribus aliquādo aduersitas incipit in vita ista: ꝛ per impatientiam et nequitiaz deducit eos ad penam eternā. Sic torrēs aliquando fluit ad mare vbi omnes aque dulcedines amittit. Et sic impius trāsiens a pena huius vite ad amaritudinem eterne pene: omnē dulcedinē amittit vite presentis ꝛ future: quia amaritudo illi⁹ pene semper adherebit ꝛ nunqz cessabit. Ysaie. xxxiij. Conuertentur torrentes eius in picem. idest pene transitorie in eternā. que vocatur pix ratione obscuritatis ꝛ tenacitatis. q⁹ pix nigra, ꝛ obscuri coloris est ꝛ tenacissime inherentie. Postq̄ ergo absumpti sunt p mortez viri iusti. tunc de dicere possunt. Torrentem pertrāsiuit anima nostra. Sed nota q⁹ viri iusti aliter se habēt ad aduersitatez alienā aliter ad propriam Nam aliene aduersitati multum cōpatiūtur ita q⁹ etiā intus in anima affliguntur sicut mater saluatoris nostri afflicta est in passione filij. Et tūc ipsa aduersitas dicit pertransire aīam propter qō symeon dixit ei. Tuā ipsius aiam pertransibit gladius Luce. ij. ꝛ Job. xxx. Flebā quōdam sup eo qui afflictus erat, ꝛ cōpatiebatur aīa mea pauperi. Sz aduersitates ꝓpas viri iusti

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicūtur pertrānsire: quia. s. per tribulationes sit via qua transitur ad vitā eternam ⁊ hec via est meritum potiētie: ⁊ per hanc viam deducit dñs ad vitam iustos. et ps. Transiuimus per ignem et aquam ⁊ eduxisti nos in refrigerium. Adducam eos per torrentes aquarum in via recta ⁊ non impingent in ea. Secūdo ostendunt iusti defuncti se esse post mortes ereptos a future pene calamitate: cum dicūt. fortitā pertransiui. ⁊c. Quasi dicerēt. nisi pertrāsiuissem? torrētes: idest nisi purgati fuissem? per aduersitates ⁊ penalitates vite p̄sentis fortitan prāssisset ala nostra aquas intolerabilem: idest ad penam infernalē deuenisset. B Vbi breuiter p̄sideranda sunt quinq; ūlitates ifernalis pene. Prima est: qz pena infernalis hz euitabilitatē. ⁊ ideo dīc. fortitā pertrāsisset: qz in arbitrio hoīs est penā istā euitare vel habere. Et rō est: qz nullus vadit ad illā penā. nisi ꝓpter mala q̄ volūtarie committit: vel bona que voluntarie omittit. vnde reatum illius pene voluntarie incurrit. ꝓpter qō dr Osee. xiij. Perditio tua ex te. Et ideo dubitatiue dr: fortitā pertrā. qz poterat si voluisset ptrāsire ⁊ nō trāsire ad illā. vñ in ps. Fortitan aqua absorbuisset nos: Secūda est: qz pena ista habet infinitatē. s. successiuā Nā sicut in tempore si esset ꝑpetuū esset infinita successio dierū. ita in gehēna que ꝑpetua est erit infinita successio penarum. Et ista successio designat in eo qō dr pertrāsisset. Nā dānati vt dr Job. xxiiij. trāsibūt ab aquis niuium ad calorē nimiū: ⁊ ecōtrario ⁊ b in infinitū

Tertia est: qz pena illa habebit diuinas potestatē: qō notatur cū dr. anima nostra Quāc̄ em ibi fit pena caloris vel frigoris corporalis: tñ diuina virtute fiet vt afflīgat nō solū corpus sed etiā aiam: qz aget vt instrumētū diuine iusticie siue illud qō afflīgit dicat ignis siue aqua. vñ aget in virtute dei: de quo dicit Mat. x. Qō pōt animā ⁊ corpus perdere in gehēnā. Quarta q̄litas ē: qz hz profunditatē: ⁊ ideo dīc. aquā Nā q̄n aliquid est aridum ⁊ porosus aqua cōtingens exteriora penetrat ad interiora vsq; in pfundū ei⁹. Et sic illa pena in alia que iuenitur arida sine pluuia diuine misericordie et sine rore diuine gratie: penetrabit vsq; ad ītima. ⁊ diffundet se vndiq; ad oēm partē sē. Vñ ps. Induit maledictionem sicut vestimētum: ⁊ intrauit sicut aqua in interiora eius. Quito quoq; infernalis pena ostēditur habere maximas acerbitatem: propter quam vocat eam intolerabilem. Nā sicut ſm philosophū: nō solum vocatur inuisibile qō nullo mō videri potest: sed etiam illud qō vix ⁊ male videtur. Sic etiaz dicitur intollerabile nō solū illud qō nullo modo pōt toleraī: sed etiā illud qō vix vel male toleratur. Et sic est de pena ista: que tantā acerbitatem hz vt vix vel male sit tolerabilis: erit tñ minus tolerabilis siue magis tolerabilis vni q̄ alteri ſm minorē grauitatē culpe p̄ quā ibi punietur. Vnde dr Mat. x. Tolerabilius erit terre sodomoz ⁊ gomorreoz in die iudicij q̄ illi ciuitati. Et accipitur terra ꝓ hominib⁹ terre ⁊ ciuitas ꝓ hoīb⁹ ciuitatis. s. continens ꝓ cōtento. Tertio iusti defuncti ostendūt in auctoritate adducta se esse etiā ereptos a demonū potestate: vñ de hoc gratias agūt dicentes. Benedictus dñs qui nō ⁊c. Nota quando aliquis habet pugnare cum hoste potētiore sapiētiori se multum deberet regratiari ei qui doceret eū quomodo posset pugnare vincere hostē suū. Figura huius innuitur Numeri. xxiij. qz balac dedit munera balaam. quia docuit eum quō posset vincere filios israel. Nūc nos habem⁹ hostes nobis fortiores ⁊ callidiores. s. demōes. ⁊ dominus noster voluit tentari tali hoste vt doceret nos pugnare cōtra eum ⁊ vincere ipm: siue impugnet ⁊ tenter nos de vitio gule: siue vane gloie. siue auaritie: vt p̄z Mat. iiij. ⁊ inde paratus est nobis auxiliū ferre. Vñ patet q̄ multū teneml̄ eum bñdicere ⁊ sibi regratiari ſm illō ps. Benedictus dñs deus me⁹ q̄ docet manus meas ad prelium ⁊ digitos meos ad bellū ⁊c. Vbi p manus intelligūtur bona opa quibus inimicū repellimus ⁊ quasi percutim⁹: sicut sunt ieiunia ⁊ orōnes ⁊ elemosyne. Nā de ieiunio ⁊ oratiōe dicit Mat. xvij. Hoc genus demonioz nō ejcitur nisi in oratione ⁊ ieiunio. De elemosyna hō dr Eccli. xxiij. Super scutū potentis ⁊ suppplicē aduersus inimicū pugnabit ꝓ te. Sz ꝓ digitos intelligitur operū discretio: quia. s. ofa talia opa cū discretōe ⁊ prudētia fieri debēt debitis circūstantijs obseruatis. Notādū etiā q̄ quilibet pastor gregem ouiū suarū custodit quātū potest ne capiātur a feris: aliēas aūt oues nō custodit. Sic xp̄s eos qui per fidē ⁊ dilectionē suo de grege suo optime custodit ne capiank a dentib⁹ fere tū: idest a tentationib⁹ demonum. De quibus dentibus dicit. Dentes leonis dentes eius interficiētes animas hoīm. Eccl. xlj. Sed alienos. s. pctōres qui irrationabiliter viuunt ſm carnē tñ: vel etiaz infideles qui per ignorātiā blasphemant xp̄m ⁊ eius fidem. illos pmittit xp̄s capi ⁊ perire. ſm illud. ij. pe. ij. Vi velut irrationabilia pecora naturaliter in captionē ⁊ in perniciez in his qui ignorāt blasphemātes in corruptione sua peribunt. C

Secūdo ostēditur in

themate assumpto ex persona defunctorū iustorū quomodo erepti sunt a peccati detētione: qz dicit q̄ eorūz anima sicut passer erepta est de laqueo venātium. Vbi notandum q̄ per passerem intelligitur homo incautus sez qui non cauet sibi a malorum locutoribus ⁊ familiaritatibus. Nam passeres inter homines in ciuitatibus cōmorantur: ⁊ ideo facilius ⁊ frequentius capiuntur q̄z aues siluestres vel que morantur in solitudine. Vnde passer signat eos q̄ cōuersantur in hoīb⁹ mundanis ⁊ peccatorib⁹ ⁊ tales facilius a diabolo capiūtur ⁊ illaqueātur: quia de ipsa cōuersatione ⁊ corruptione eoz cuz quibus conuersank facit ei diabolus laqueos vñ capiat aiaz eius. Vnde. v. Inuēti sunt in populo meo impij insidiatores: quasi aucupes laqueos ponentes ⁊ pedicas ad capiēdos viros. Itē passeres patiūtur morbū caducū non ex egritudine cōplexionali: sz quia comedūt iusquiamū herbā venenosam ⁊ frigidissimā: vñ ex resolutione frigide euaporationis congelat cerebrum passeris ⁊ cadit. Et ideo passeres significāt incautos qui non cauēt sibi a delectationibus ⁊ delitijs carnis in quib⁹ latet venenū voluptatis vnde sunt velut cibus iusquiami venenosus: cuius euaporatio idest delectatio vel desiderium infrigidat ertinguēdo ignē dilectiōis ⁊ deuotionis ⁊ ideo inducit casum pctī. Et quia pro modica ⁊ vili delectatione carnis vēdunt se diabolo vel pctō: recte assimilant passeribus: qui vili ⁊ modico precio vēduntur. ſm illud Mat. x. Nōne duo passeres asse veneūt. Et signāter dicit duo: quia in veteri lege vlus passerū erat in purificatiōe leprosi: in qua duo passeres offerebank: quorum vnus occidebatur ⁊ alter dimittebak liber. Vnde quia duo simul offerebank in lege. Leui. xiiij. Precipies ei qui purificak vt offerat pro se duos passeres ⁊c. iō apud iudeos passeres duo cōbinati vendebank. Et isti duo passeres significāt aiam ⁊ corpus: que ambo esse veneūt quādo ꝓ vili ⁊ modico delectatiōe vel vtilitate tpali diabolo vel peccato se tradunt. Passer ergo idest incautus homo tunc in laqueū incidit quando in peccatum cadit. Eccls. ix. Sicut pisces capiuntur hamo ⁊ aues laqueo cōprehendunk: sic capiunk hoīes tēpore malo: sez tempore tentationis. Et nota q̄ passeres ⁊ alie naues aliqñ arcuis et sagittis vulnerātur: ⁊ sic est quando homines a tentationib⁹ superātur. Quandoq; ño retibus capiuntur: ⁊ sic est quando homines diuersis vitijs implicantur quia in reti diuerse sunt macule inuicem se connectentes: quia quandoq; vnum vitium trahit ad aliud. Quandoq; ño per aues prede rapiuntur: ⁊ hoc est quando timore tyrannorum ⁊ malorum ad peccādum inducūtur. Aliquādo ño visco detinētur: ⁊ hoc est quando propter contritionis defectum a peccato non separātur. Quandoq; ño laqueo stringuntur: ⁊ hoc est quādo de peccato non confitentur: quia laqueus strangulat guttur tenēdo: per qō vox exire consueuit. Sed tunc a laqueo totaliter eripiūtur cum sez vere penitentes monuntur: vt sez per cōfessionem ⁊ alia sacramenta fiat a peccato liberati. Et tales defuncti dicere possunt illud ps. cxxiij. Laqueus contritus est ⁊ nos liberati sumus. ⁊ illud. Noo. autem surrexim⁹ ⁊ erecti sumus. D

Tertio ī themate assū

pto ostendūt iusti defuncti q̄ liberati sunt a demonum deceptione: cum subinfertur erepta est de laqueo venantiū. Vbi aduertendum est q̄ tanta est fraudulentia ⁊ nequitia demonum q̄ nullus posset euadere ab ea: nisi diuine gratie auxilio iuuaretur ⁊ iō euasio hoīs siue viuētis siue mortuī a fraudulētijs ⁊ illaqueationibus demonū est deo principaliter ⁊ non humane sapientie asc̄ribenda. Et hoc ps. in persona iusti defuncti cōfiteatur dicens. Ipse sez de⁹ liberauit me de laqueo venantium.

In quibus quidē verbis ex persona iusti defuncti duo facit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quia primo confitetur beneficiuꝫ quod recepit: cū dicitur. ipse liberauit me.

Scō refert periculum a quo euasit: cuꝫ subditur. de laqueo venantium.

Circa primum aduertendum est ꝙ duobus modis dicitur aliquis esse liberatus ab aliquo malo. vno mō quando est extra ipsum sicut homo dicitur liberatus a carcere quādo est extra carcerē. ſ. postꝙ exiuit de carcere. ⁊ liberatus a creditore quando est extra debitum suū. Et sic dicitur homo esse liberatꝰ a peccato quādo est extra peccatum: idest qñ exiuit de peccato per penitentiā ⁊ quādo psoluit debitū peccati p satisfactionē penitētie. Vñ ap̄ls Roma. vj. Nūc aūt liberati a peccato: serui aūt facti deo. ⁊c. Sic etiā bestia dicitur esse liberata a venatoribꝰ qñ effugit manus eorum ⁊ nō est capta ab eis in venatione. Venatoribꝰ aūt assimilātur demones: a quibus aīa dicitur liberari qñ nō capit: idest quādo non superatur a tentatione. Et talis liberatio fit in vita ista p auxilium gratie dei. Eccli. xxxiij. Aliquotiēs vsqꝫ ad mortē: idest prope casum in peccatū mortale: periclitatus sum: idest fui in periculo: hostū causa. ſ. demonū tentantiū: sed liberatus sum gratia dei. Alio modo dicitur aliquis esse perfecte liberatꝰ ab aliquo malo: qñ nō solū est extra ipsum sed etiam nō timet amplius se posse redire ad ipsum: sicut ille dicit perfecte liberatꝰ a carcere qui non solū est extra carcerē: sed etiam nō timet amplius redire ad carcerē. Et sic dicitur esse perfecte liberatus a peccato ⁊ a diabolo iuste defunctꝰ qui est in statu glorie: quia tales nō timēt posse amplius illaqueari a diabolo laqueo peccati vel alicuius mali. Et ideo iusti defuncti sunt totaliter extra manū diaboli et sunt tuti in manu dei. Iuxta illud Sapiē. iij. Iustorum anime in manu dei sunt. vnō dicitur Ro. viij. Ipsa creatura: idest hō liberabitur a seruitute corruptiōis in libertatē glorie filioꝝ dei. Glorificatioꝝ dei primo est in anima post mortē: ⁊ tūc liberantur a seruitute diaboli ⁊ corruptiōis pcti. Secundo fiet in corpe. ſ. post resurrectionē: ⁊ tūc liberabūtur a seruitute corruptionis ꝛc̄s passibilitatis ⁊ mortis corporalis.

Secūdo in auctoritate adducta iustus defunctus refert periculum a quo euasit: quia de laqueo venantium. Notandum ꝙ sicut venatores vtuntur diuersis modis et ingenijs siue instrumentis ad capiendum feras: ita demones vtuntur diuersis vanis asturijs ⁊ modis ad capiendum animas. Nam venatores vtuntur canibus venaticis ⁊ pedicis ⁊ foueis ⁊ laqueis. Canes sūt diaboli venatici sunt homines praui et aliorum corruptores: qbꝰ mediantibus multos diabolꝰ capit ⁊ lucrat: sicut p vetulas capit iuuēculas ⁊ trahit eas ad corruptionem. Michee. vij. Vir fratrē suū ad mortē venat. Itē vtuntur pedicis: ⁊ ita diabolus. Job. xviij. Abscondita est in terra pedica eius: quibꝰ capiūtur lupi dū aues capere moliūtur: que significant violentiam raptoꝝ: qui dū ab alijs rapiunt ipsi a peccato ⁊ a diabolo capiuntur. Sed interdū lupus dimittit pedē in pedica ⁊ euadit. Et sic debet peccator raptor si vult euadere dimittere pedē. idest affectum rapiēdi vel tenēdi rapinas. Itē venatores vtunt foueis ⁊ sic demones per foueas luxurie multos capiūt. Prouer. xxiij. Fouea profunda ē meretrix. Item venatores vtuntur laqueis. i. cupiditatibꝰ diuitiarum ex quoꝝ inordinato vsu ⁊ affectu multi capiunt. Unde. ſ. Timo. vj. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem ⁊ in laqueum diaboli ⁊c. Dicitur etiā laqueus ipa voluptas carnis que signatur per mulierem: de qua dicitur Eccls. vij. Inueni amariorē morte mulierē que laqueus venatoruꝫ est ⁊ sagena cor eius vincula sunt manus eius. Qui placet deo effugiet illā: qui aūt peccatoꝝ ē capiet ab illa. De istis laqueis venatorum dr Prouer. xj. Qui cauet laqueos. ſ. culpe in pcepti: securus erit: ſcz in futuro: ſcz post mortē in statu glorie. Ad quam ⁊c.

¶ In funere alicuꝰ piscatoris. Ser. xxix.

Sicut pisces capiūtur hamo: ⁊ sicut aues capiūtur laqueo: sic capiūtur homines in tēpore malo. Eccls. ix. videm ꝙ finito bello illi qui in bello capti sunt ducunt in carcerem: nisi fortiton de manibus hostiuꝫ redimātur. Sed qui ne caperentur effugere portuerūt: in terram suā liberi redeunt. Sic finito bello ⁊ militia huius vite illi qui capti fuerīt ⁊ ligati vinculis peccatoꝝ ducentur in carcerem inferni, nisi forte per satisfactionem penitentie fuerint redempti. Sed iusti qui nec vinci ab hostibꝰ nec capi potuerunt: ibunt liberi ad ciuitatem suā De qua dicit apostolus ad Hebreos. xiij. Quia non habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus. Qualiter autem ab hostibus peccatores capiantur ostenditur in verbis propositis ex triplici similitudine. cum dicitur. sicut pisces capiuntur hamo. ¶ In quibus quidē verbis ostenditur tripler causa quare multi homines ab hominibus capiuntur: idest a demonibus. Prima est propter voluptatem diuitiarum. Secunda propter ambitiones honorum. Tertia vō propter cupiditatem diuitiarum.

Prima ergo similitudo pertinet ad voluptuosos: cum dicitur. sicut pisces capiuntur hamo.

Secūda pertinet ad supbos: cum dr: tāsicut aues capiuntur laqueo.

Tertia vō pertinet ad cupidos: cū subinfertur: ita homines capiuntur in tempore malo.

Circa primaꝫ similitudinem cōsidera primo voluptuosorum vitium: quod designatur in piscibus. Secundo periculum: quia capiuntur. Tertio modum. quia hamo. Circa primū nota ꝙ pisces viuentes in aquis sunt homines viuētes in delitijs: quorum vitium propriuꝫ est vitium gule ſz postea ex hoc cadant etiam in vitia luxurie. Pisces ergo directe gulosos designant: quod patet ex tribus. Prio ex nomine: qr pisces a pascendo dicunt ꝛm Isidorum secundo etymologiarum. Item patet ex motu. quia mortui piscium est propter cibum et pastū. sicut dicit philosophꝰ septimo libro de animalibus. Item patet ex intestinis: quia pisces sunt recte intestini et cito abscindūt. sicut dicit idem in duodecimo de animalibus. Tales ergo pisces ſz habeant aquam concupiscētie: carēt tamē aqua gratie. et ideo putrescūt putredine luxurie. Esaie. l. Computrescent pisces sine aqua. ¶ Secūdo notatur periculū voluptatis: qr voluptuosi faciliter a diabolo capiuntur sicut pisces a piscatore. Et istud accidit propter tria. Primo propter effusicationem concupiscentie, quia in homine voluptuoso quando ipse tentatur de vitio carnis concupiscentia inflammatur et rationis iudicium perturbatur ⁊ offuscatur. Pisces autē facilius capiuntur i aqua turbida ꝙ in aqua limpida. vnde piscator turbat aquam ne piscis videat nassam. Et sic diabolus inflammando concupiscentiā perturbat et obscurat rationis iudicium: ne aduertat deceptionem peccati. et vt sic capiatur. Secundo accidit propter cōplacentiam delectationis veneree. Nam tentator decipit et capit animaꝫ sicut piscator murenulam. Nam serpens cum murenula coire voleus eam sibilo ad se vocat. et ideo etiā a piscatoribus sibilo vocaf ⁊ capif. Sibilus ergo serpentis est delectatio carnis. sed sibilus peccatoris ei consimilis est ipsa tentatio carnis: in qua tentator malignus homini ipam carnis delectationē ad imaginationem adducit. et sue fraudulentie ei speciem abscondit: quia ad quid animā finaliter deducere debeat ei non ostendit. Tertio accidit viro propter aspectum mulieris ornate vel pulchre. Nam ornatus corporis mulieris est sicut rete diaboli ad capiendum animas intuentium. Nam ſz aliquę se excusent dicentes ꝙ non se ornent ad decipiendum: nihilominus tamen sunt similes latroni qui non audet piscari in piuario domini sui vel venari in foresta eius tamen cōmodat recte suū latroni audactori. Et sic isti commodat corpora sua diabolo ad decipiēdum et capiendum alias. Prouerb. vj. Mulier viri preciosam animaꝫ capit. Et bene volunt concupisci licet nō concupiscant. Cōtra quod dicit Aug. ꝙ non solum appetere. ſz etiā appeti velle crimino/sum est. Et Chrysо. etiam dicit ꝙ mulier si se decorauerit et oculos intuentiū ad se traxerit etsi plagā non intulerit: vindictā non eroluet extra materiā. Venenū em̄ intulit etsi nullus sit ꝙ biberit. Propter hec oīa supradicta multi hoīes voluptuosi cōprehendunt per vitiū gule et luxurie a demonibꝰ sic multi pisces a piscatoribꝰ. ꝛm illud Luce. v. Concluserunt piscium multitudinem copiosam. Unde pōt dici diabolo illud Luce. v. Er hoc iam hoīes eris capiens. ¶ Tertio ostēdit ipsa similitudo themaꝫ modū capiendi sine instrumentū quo capiunt qr hamo. Pisces em̄ naturaliter sunt gulosi ad cibū tā auidi ꝙnon aduertūt hamum in quo est ⁊ aculeus latēs et cibus alliciēs. Sed qō facit in piscibus natura. hoc facit in hoibus voluptaris concupiscentia. ſ. vt ita auide attēdāt ad delectatiōes pcti ꝙ nō aduertant ad deceptionē diaboli q̄ est ha/

mus eius quo pertrahit ad dolorem suppli
cij. Job.xl. Quasi hamo capiet eum. Aba
chuc.j. In hamo subleuabis.

Secunda similitudo

thematis pertinet ad superbos. cum dici
tur: sicut aues capiuntur laqueo.

Vbi attende primo superborum elatio
nem propter quā sunt sicut aues.

Secundo deceptionem: quia decepti ab
aucupe capiuntur.

Tertio eorum perditionem: quia laqueo
strangulantur.

Circa primū nota q superbi assimilant
auibus. Primo propter volatus. aues enī in
volando nō tenent rectas et determinatas
vias. Vñ ꝑm Isidorus.xij. etymol. dicte sunt
aues ab a quod est sine et via quasi deuie si
ne via. vñ aliquando ascendūt: aliquādo ō
scendūt: aliquando diuertūt ad dexteram: ali
quando ad sinistrā. Et tales sunt superbo
rum actus quales sunt auiū volatus. scz fa
tue rationis recte. Job.xxviij. Semitam
ignorauit auis. i. viam rationis superbus:
q: propriaz mensurā recte rationis trāscen
dunt in excellentie appetitu. Et quo acci
dit q aliquando ascendunt per ambitionē:
aliquando descendūt per delectionem. ꝓ.
cxj. Ascēdūt vsqz ad celos: et descēdūt vsqz
ad abissos. Diuertuntvsqz ad dexteras qñ
prosperitatibus potiunt: et ad sinistrā quā
do aduersitatibus concutiunt. Item aues
motu alarum aerem diuidunt: sed mox ae
re se claudente nullum signuz sui transitus
derelinquūt. Sic superbi in alto positi do
minia et officia aliis diuidūt et distribuunt
sed eis delectis vel mortuis deficit memo
ria et posteritas ipsorum. Sap.v. Transie
runt oīa ista tanq̄ umbra. et tanq̄ auis q̄
transuolat in aere. Itē aues volantes dele
ctātur aliqñ de vento. Et sic supbi delectan
tur in vento vane laudis. Vñ adulatores
mendacijs habēt locū apud eos et vadunt
post eos. Prouerb.x. Qui inuitat menda
cijs. i. adulatorijs: pascit vētos. idest hoies
ventosos et vanigloriosos: et idē sequitur
aues volantes. i. superbos volantes: ad ho
nores mundi qui delectantur in vanis lau
dibus suis. Scō supbi assimilantur auibus
ꝓpter dominiū. Nam quedam aues sunt q̄
aliis auibus violenter dominātur sicut aues
ꝓdantes. Et tales sunt supbi qui p tyranni
dem et violentiā dñiuz sup alios affequūt
et tenēt: et tales inuadūt et ꝑdātur et rapiūt
alioꝝ possessiones et terras. Item oēs ra
les aues sicut dicit. Arist. in.ij. de animalibus
solitudinē diligūt: et cū aliquo socioꝝ ha
bitare non possunt. Et ita superbi in digni
tatibus et honoribus singularitatem dili
gunt. et dū sup oēs esse cupiūt. cōtrahunt so
cietatis et paritatis fugiūt. Et ideo inter
supbos semp sunt iurgia vt ōr. Prouerbio
rum. Quia contendunt de altitudine digni
tatis. scz vt possit dicere superbus. Similis
factus sum pelicano solitudinis: et factus
sum sicut passer solitarius in tecto. idest sin
gularis i altitudine dignitatis. Isti sunt
aues montiū quos dñs frequēter ꝓmittit
esse in montibus dignitatū: vt per eos puni
antur aliquoꝝ peccā. de quibus Esa. xvij. Re
liquentur auibus montiū. i. tyrānis sup
bis. s. puniendi. Scdo nota i dicta similitu
dine supboꝝ deceptionē: q: capiūtur. s. diuz
alios capere moliūtur. Is ꝓpue capiuntur
a diabolo: qui est rex super oēs filios supbie. Sed differentia est inter istū regē et alios reges: q: alij reges nō capiūt obedien
tes sibi neq̄ nocent eis. sed capiūt hostes
et rebelles. Sed diabolus e contrario facit
quia rebelles et hostes liberos dimittit: is
sibi obedientes capit et ad carcerē et ad sup
plicia inferni deducit. Retia aūt q̄bus dia
bolus capit aues suas: sunt blande et sub
dole tētatiōes eius. Prouer.xxix. Qui blan
dis fictisq̄ sermonibus loquit amico suo re
te erpandit gressibus eius. Ezech.xiij. Con
suūt puluillos sub omni cubito manus: et
hoc est quādo demones blande suggerunt
illicitas opatiōes: et faciūt cerucalia sub
capite vniuerse etatis qō est quando blan
de suggerunt immundas cogitationes. vel
affectiones: et sequitur ad quid. quia ad ca
piendas animas. Sed notandū q̄ dicitur
q̄ tempore Salomonis structio inueniēs
pullū suum captū iuit et quesiuit quendaz
vermē cū quo redijt cū sanguine illi⁹ tinxit
cagiam seu cauēa vitreā in qua pullus eius
capt⁹ erat: et ꝑtute illius sanguinis scissa ē
et cōfracta: et pullū inde liberū edux it. Sic
dēs frequēter aīam a diabolo captā et inca
giā peccati inclusam cū vermiculo. i. cū hu
militate penitentie: qui operatur in virtu
te sanguinis et passionis christi: frangit car
cerē peccati et dimittit aīam liberā. vt euo
lare possit ad vitam eternā. Vñ Ezechielis
xiij. dicit deus demonib⁹. Plirūpam eos de

brachijs vestris: et dimittam animas quas
vos capitis animas ad volandū. Sed ta
men tutius est vt homo custodiat se ne ca
piatur. Nam sicut dicit Greg. Melius est
liberum errege q̄ post vincula libertatē que
rere. Unde dicitur Prouer.iij. Custodi pe
dē tuū ne capiaris. Tertio notatur in pre
dicta similitudine superborum perditio: q:
laqueo ambitionis strangulantur. Notan
dū q̄ dupler est causa quare aues illaque
antur. Una est ex parte auis que ad loque
um accedit. Alia est ex parte aucupis q̄ la
queum tetendit. Et ideo dicitur Amos.iij.
Nūquid cadet auis in laqueū terre absq̄ au
ucupe: Nā cū laqueus sit in terra nō illa
queatur auis nisi descēdat ad terrā vbi la
queus est. Sic anima diligēs celestia non
illaqueat a diabolo: scz qñ descēdit ad ista
terrena diligenda et querēda: tūc illaqueā
tur a diabolo supbo. Vñ rōne ligni terre
ni diabolus primā mulierē illaqueauit la
queo ambitionis et supbie dicēs Gen.iij.
Quācūq̄ die comederitis ex eo apperient
oculi vestri et eritis sicut dij: ecce laqueus ter
re: idest laqueus ambitionis tēsus in cibo
terreno. Sic diabolus suader homini am
bitioso simoniaz pecunie: que res terrena
est: vt assequat dignitatē prelatiōis. Et sic
cadit auis incauta in laqueum terre. Eso.
xxiij. Formido et foueo et laqueus super te
qui habitatoꝛ eo terre. Alia causa est ex pte
aucupis: idest diaboli qui laqueos pecca
ti tendit in oīb⁹: sed libentius capit ho
mines laqueo ambitionis et superbie: quo
ipe illaqueatus est in celo: vnde non cadit
auis in istū laqueū absq̄ aucupe: idest dia
bolo laqueū parāte. ꝓ. cxxxix. Absconderūt
supbi. s. demones laqueū mihi ꝛc. Sz hūc
laqueū euadit humilitas: sicut dictuz fuit
beato Antonio: qñ vidit mundum laqueis
diaboli plenū: et quesiuit quis eos deret: et
responsum est ei q̄ sola humilitas. ꝓ. cxiij.
Humiliatus sum et liberauit me. et a quo li
berauit erponit alibi: cū dicit. Ipse libera
uit me de laqueo venantium. D

Tertia similitudo seu

similitudinis adaptatio pōt referri ad cu
pidos: cū dicitur in themate: sic capiuntur
homines in tempore malo.

In qua primo attende vitium cupidita
tis: quia homines.

Scōo vinculū captiuitatis: q: capiunt

Tertio periculum irremediabilitatis:
quia in tempore malo: idest in tēpore mor
tis: postq̄ non erit remedium vt a captiui
tate redimantur: quia in inferno nulla est
redemptio.

Circa primū notādū q̄ p hoies intelli
gūtur cupidi. Et ratio est: q: homo dicitur
ab humo: idest a terra humida de qua scz
primus hō a deo formatus est: scz ꝑm cor
pus. Et ideo dicit aplus. s. Cor.xv. q̄ pri
mus hō de terra terren⁹. Et quia per dile
ctionem efficitur anima similis reb⁹ quas
diligit: vt ait. Hugo de scto victore. Scio
inquit anima mea q̄ in illius rei similitu
dinē quā diligis trāsformaris. Nā si celum
diligis celuz eo: si terrā diligis terra es: ideo
terrena diligēs ꝑm aīam efficit terrenus.
Et quia ꝑm corpus etiā est terrenus: con
grue per homines qui a terra denominan
tur intelligūtur cupidi terrena diligentes:
et tales habent eo: graue ex pondere terre
ni amoris. ꝓ. xiij. Filij hoim vsqz quo gra
ui corde. Vñ de illis gentilib⁹ q̄ nō credūt
vel sperāt aliā vitā. et ideo solum terrena et
presentia diligūt in ꝓ. ix. dicit. Sciāt gen
tes qñ homines sunt. Secūdo ostenditur
vinculum captiuitatis: quia capiunt a dia
bolo. Unde ꝑm Aug. pecunia male acqui
sita est auaro quasi muscipula: quia si vult
eā tenere ꝓ: seipso: tenet a diabolo: et dū
capit eā capitur: sicut auis inueniens escā
in laqueo dū capit escam capitur a laqueo
ita auarus dū capit pecuniā p lucrū capit
ab ea per cupiditatis vinculū. Vñ de nū
mis quos lucrant auari pōt dici illō Esa.
xliij. Erunt capientes eos qui se ceperant.

Tertio notat periculū irremediabilitas
tis: q: i tpe malo. glosa: scz iudicij mortis:
de quo tempore dr in ꝓ. lxxiij. ex persona
xpi iudicis. Cū accepero tēpus ego iusti. iu
dicabo. Hoc tempus malum est cupidis et auā
ris: qui in tali iudicio damnantur. Hoc pa
tet in diuite epulone auaro: q̄ lazaro pau
peri non subueniebat: de quo dicitur Luc
ce.xvj. q̄ mortuus est diues ꝛc. Illi aūt qui
fuerint sine macula auaritie: in tali tempo
re nō cōfundentur: sed perducent ad he
reditatē eternā vbi habebūt ꝑfectā satieta
tē. ꝑm illud ꝓ. xxxvj. Novit dñs. ꝛc. est ap
probat dies immaculatorum et hereditas
eoꝝ in eternū erit. Nō confundentur in tē
pore malo et in diebus famis. idest ꝓ: die
bus quibus fuerūt hic famelici saturabū

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur scilz insaturitate: de qua dr in ps. xvi. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Ad quam nos perducat ꝛc.

¶ In funere alicuꝰ mercatoris. Ser. xxx.

On erit merca

tor vltra in domo dñi. Zacharie. xiiij. Notandus ꝙ aliqua operatio hominis est que habet locū solū in alia vita sicut est visio dei per essentiam: in qua principaliter erit beatitudo hominis: vnde dicitur ex persona dei Exo. xxxiij. Non videbit me homo ⁊ viuet scz vita sensuali ⁊ mortali. Quedam vero est operatio hois que locū habet solū in vita ista sicut est mercatio. Et ratio est: quia mercatio fit de his que necessaria vel accommoda sunt ad sustentationem vite hois corruptibilis: vnde terminata vita ista corruptibili non erit amplius mercatio. Et ideo in domo dñi de qua dicitur Job. xiij. In domo patris mei mansiones multe sunt. nō est mercator siue mertatio. In cuius figura dr Job. ij. Nolite facere domū patris mei domum negociationis. Et hoc est qd dr in verbo ppositio: quia non erit mercator ꝛc. ¶ In quibus quidem verbis describit mercator defunctus ex tribus.

Primo ex termino naturali: quia non erit vltra.

Secundo ex exercitio temporali. quia mercator.

Tertio ex domicilio finali: quia in domo domini.

Circa primū attendēdū est ꝙ ecōtrario se habet mors iusti hominis ⁊ mors impij qz mortuo homine iusto cessat timor omnis mali: scz ⁊ mali culpe: quia non potest vltra peccare: Itē pene si sit iustus q recedat perfecte purgatus: puta si decedat statim post baptismū. vel per martyriū. Et iō dr Sopho. iij. tali iusto. Nō timebis malum vltra. Sed mortuo hoīe impio cessat ois spes boni: vnde dr Prouer. xj. Mortuo homine impio nulla erit vltra spes.

In quibus quidem verbis de homine impio describuntur tria.

Primū est naturalis corruptio: ꝙa mortuo homine.

Scōm est spūalis trāsgressio: quia ipso

Tertiū vniuersalis priuatio: quia nulla erit vltra spes scz alicuius boni.

Circa primum nota

ꝙ corruptio hois. i. hois compositi fit per mortē: idest per separationē anime a corpore. Unde in homine mortuo ⁊ corrupto terminata omni lōgeuitate vite fit corruptio corporis: ⁊ ossa quasi accidētia in contraria pmutantur scz agilitas in grauitatem: pulchritudo in turpitudinē: ⁊ fortitudo in debilitatē. Et ideo dicitur Job. xiiij. Homo cū mortuus fuerit ⁊ nudatus atq; ꝙsumptus: vbi queso est? Quasi dicat. si cōsideremus ātiquos iam mortuos ⁊ ꝙsumptos: vbi queso est lōgeuitas Mathusalē nōgētoꝝ seragintanouē annoꝝ: ⁊ mortuus est: de quo dicitur Gen. v. ꝙ facti sunt oēs dies mathusalē ꝛc. Ubi est agilitas Azahelis: de quo dicitur. ij. Reg. ij. Porro azahel cursor velocissimus fuit quasi vnus ex capreis, ⁊ post subdit. Et percussit eū Abner aduersa hasta i inguine ⁊ trāffodit: ⁊ mez tuus est in eodē loco. Ubi queso est valitudo Caleph: qui ait Josue. xiiij. Vodie octogintaq̄nq; annoꝝ sum sic valens vt eo valebā tpe qñ ad explorādū missus sum. i. qñ erat quadragintaquinq; annoꝝ. sequitur: Et illi? in me tēporis fortitudo vsq; hodie perseuerat tā ad bellādum q̄ ad gradiēdū qui tñ postea mortuus est: ⁊ annihilata est eius valitudo. Uel vbi queso est fortitudo Sansonis: de quo legit Judicū. xiiij. ꝙ dilacerauit leonē quasi hedū in frusta discerperet. Et eodē. xv. ꝙ rupit vincula duoꝝ nouoꝝ funiū quib? ligat? erat sicut solent ad ardorē ignis ligna ꝙsumi: ⁊ inuēta in maxilla asini interfecit ex ea mille viros. Et post plures alias fortitudines q̄s fecerat dr de ipo Judicū. xvj. ꝙ apprehendēs ambas colūnas q̄b? inītebat dom?: percussitq; colūnis fortiter: cecidit domus super oēs principes ⁊ sup ceterā multitudinem que ibi erat multoq; plures interfecit mortuus q̄ ante viu? occiderat. Itē q̄so vbi est pulchritudo Absalonis: de quo legit. ij. Reg. xiiij. Porro sicut Ablalon vir non erat pulcher in omni israel ⁊ decoꝝ nimis. ⁊ vestigio pedis vsq; ad vticem nō erat in eo vlla macula. Et tñ eodē. xviij. dr ꝙ tulit Joab tres lāceas ⁊ infixit eas in corde absalon. Cūq; adhuc palpitaret decem iuuenes armigeri Joab percutientes interfecerūt: ⁊ protecerūt eū in saltu in foueā grandē: ⁊ cōpertouerūt super eū aceruum lapidū magnum

nimis. Et ita patet quomodo mors humiliat omnē humanam gloriam: siue de fortitudine: siue de pulchritudine: siue de quacūq; gratiositate corporali. Scō describitur in auctoritate inducta spūalis transgressio scz que fit ab homine impio. Ubi aduertendum est ꝙ ab homine impio tollitur omnis modus pacis. Et ratio est. qz cum pax sm Augustinū sit ordinata tranquillitas: idest tranquillitas sequens ex ordinata vita: sicut sit in homine impio vita omnimode inordinata: ita tollitur ab eo omnis modus pacis. Nam vita hominis debet esse ordinata respectu dei: respectu sui: ⁊ respectu proximi. Sed vita hominis impij efficitur inordinata respectu dei: qui scz deo non obedit. Item respectu sui quia caro spiritui et sensualitas rationi rebellat et contradicit: ⁊ ipse magis sequitur carnē ⁊ sensualitatem q̄ rationes. Fit etiā inordinata respectu primi. quia qui sibi nequam est cui alij bon? erit? Ergo ꝓpter inordinationē sui pdit pacē pectoris: idest tranquillitatē et pacem cōscientie. Sed ꝓpter inordinatā vitam respectu proximi perdit pacē temporis. Sed ꝓpter inobedientiā dei puabitur pace eternitatis: que erit i ipso deo. Et ideo dr Esa. xlviij. ꝙ non est pax impijs. Et eodē. lvij. Cor impij quasi mare feruens quod quiescere non pōt. Tertio describitur in auctoritate inducta vniuersalis boni priuatio. qz nulla erit vltra spes scz alicuius boni. Et rō est: qz bonus hois triplex est. s. extrinsecus: et internus: ⁊ supnus. Sed impius mortuus et damnatus est priuatus spe boni extrinseci: qz nulla creatura extra se existente potest aliquod suffragium siue auxilium recipere. Unde priuatus est beneficio et vtilitate oīm creaturarū siue omni refrigerio. Item est priuatus spe boni interioris. quia priuatus est grā dei ⁊ virtutib?: nec ē possibile vltra recuperare ea que recuperari possunt in vita ista per pniam. vnde loco earū habet habitus vitiosos qui eum cruciant ⁊ mordēt ad modū vermiū. Item est priuatus spe boni superioris qō est bonum eternum et beatitudo sanctoꝝ: quoꝝ sancti qui sunt in celo habēt in re: sed qui sunt i mundo in spe. Sed impius damnatus nec i re nec in spe habet quāa scit se esse in eternum priuatum gloria eterne beatitudinis: quam scilz consecutus fuisset nisi fuisset ex culpa sua. Et ideo dicitur Prouerbio. xj. Spes impiorū peribit. Et sic patet primum principale.

Secūdo quoq; describi

bitur i themate mercatoris cōditio et exercitio temporali: a quo. s. denominatur mercator: scz quia mercationē exercet. Ubi aduertendū ꝙ quidā direrunt ꝙ oīs mercatio illicita est. Unde Aristoteles in politicis dixit ꝙ omnis mercator est vituperabilis. Et rationē assignabat: qz omnis actio nostra iudicat bona vel mala ex intentione finis. sed finis intentus ex mercatione est lucrum qō pertinet ad cupiditatez et ideo mercatio illaudabilis. Ē quia ex cupiditate luci i procedit. Sed isti pro tanto nō bene dicunt: qz etiam ipm lucrū potest ad bonum finē ordinari: sicut ad dom? et familie sustentationem vel pauperū subuentiones et huiusmodi, tamē si mercator lucrū intendat non quasi finem: sed vt stipendium laboris: mercatio erit licita et etiam laudabilis propter aliquem bonū finē ad quez etiā ordinatur. Reprehenditur tñ mercator cupidus qui non intendit nisi ad lucrum: et qui tantū occupatur circa mercationes ꝙ negligit spūalia: et qui ponit finem suum in lucro et diuitijs et non attendit ad incertitudinē vite sue. Unde dicitur Jaco. iij. Dicitis mercabimur et lucrum faciemus: qui ignoratis quid sit vobis in crastinum. In quibus quidem verbis de mercatoribus ꝺ scribitur tria.

Primo mercatorum actus: cum dicitur mercabimur.

Secūdo mercationū fructus. cū subditur. et lucrum faciemus.

Tertio ipoꝝ euētus: quia ignoratis ꝛc. Actus ergo potest esse iustus: fructꝰ potest esse licitus sed euētus est incertus et dubi? Circa primū attendendus est ꝙ homo pōt licite et etiam illicite mercari scz emendo vel vendendo. Et hoc precipue considerat er quattuor. Primo er modo scz vt pure et sine vitio fiat. Naz si fieret cū mendacijs ⁊ cū fraudib? ⁊ dolositatib? erit ꝑfecto illicita mercatio. Et quia vix fit hodie mercatio sine fraudib? vel saltē sine mēdacijs videtur impleri illud Apoca. xiij. Et facient in quit ne q̄s possit vēdere aut emere nisi habeat characterez bestie aut nomē bestie aut numerū nois eius. Bestia est ꝙ a vastando dicit diabolū representat: cuius quidē cha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

racter est fraus vel falsitas. eius quia ipse mẽdax est et pater eius. vt dicitur Joh. viij. Sine hoc ergo charactere fraudulẽtie vel mendacij non videntur hodie vendere vel emere mercatores: et tamẽ subdit in Apoca. xiij. q̃ qui accipit characterez scs bestie in fronte sua aut in manu sua bibet de vino ire dei. Scdo no cõsideratur an sit bruralis et illicita mercatio ex pcio rei empte vel vendite: quia si sit iustum precium erit mercatio licita. si no iustum: illicita. Dicitur autem iustum precium quando est ꝑm valorem rei. Quia emptio et venditio introducta est ꝓ cõmuni vtilitate vtriusq; partis: scs ementis et vendentis dum vnus indiget re alterius ⁊ ecõtrario. Et qõ introductum est ꝓ cõmuni vtilitate nõ debet cedere in grauamen magis vni q̃ alteri. Unde ꝑm equalitatem rei debet contractꝰ inter eos institui. Quãtitas aũt earum rerum que veniũt in vsum hoim mensuratur ꝑm precij datũ. ⁊ ad hoc ꝑm philosophum inuentũ est numisma. Et tõ si precius excedat quantitatem valoris rei vel res excedat pciũ: nõ seruatur equalitas iusticie. et ideo rem chari? vẽdere vel vilius emere q̃ valeat ꝑm se iniustũ et illicitũ est. Tertio consideratur an sit illicita vel licita mercatio ex vitio: scs rei vendite. Nam aliq̃n res que vẽditur hꝫ vitium siue defectum quantũ ad speciem rei. Et si talem defectũ vẽditor cognoscat esse in ipa re quam vendit: tunc in ipsa vẽditione fraudẽ cõmittit: et qua reditur venditio illicita. et non solum peccat iniuste vẽdendo. sed etiã ad restitutionem tenetur. vt si vendat aurũ falsum vel crocũ falsum pro vero. vel vinũ mixtum pro puro scienter. Sed si venditor ignorat vitiũ: tũc non peccat vendendo: qz hꝫ faciat iniustum naturaliter tñ operatio eius non est iniusta. Sed q̃n cognouerit ipm vitiũ: tũc tenetur ad cõpensandũ damnũ emptori. Item si venditor estimat rem suã quantũ ad speciem? pretiosam q̃ sit vt si vendat auriũ ꝓ auricalcho: emptor si illũ cognouit iniuste egit et ad restitutionẽ tenet. Hꝫ si illud tũc nõ cognoscat quãdo emit: hꝫ tũc non tenetur: tenetur tamen cũ ad eius noticiã venerit. Et quando res que venditur habet defectũ et vitiũ quantũ ad quãtitatẽ: puta q̃n nõ vritur recto põdere vel mensura: et tunc etiã est fraudulenta et illicita venditio. Unde Deuc. xxv. dominus prohibuit dicẽs. Non habebis in sacculo tuo diuersa põdera maius et minus: nec erit in domo tua modius maior et minor. et postea subditur. Abominatur enim dñs eũ q̃ facit hoc. et auersatur oẽm iniusticiã. Aliquando vo res venditꝰ hꝫ defectũ quantũ ad qualitatem vt sit morbosum ꝓ sano vendatur: et sic de aliis similibus. qõ si q̃s scienter fecerit fraudulenter ac illicite vendit. et ideo ad restitutionẽ tenetur. Quarto cõsideratur an mercatio vẽdẽtis vel emẽtis sit licita vel illicita ex commodo vel damno cõsequente prout scs per accidẽs cedit in vnius cõmodũ ⁊ alterius detrimentũ. puta cũ vnus indiget habere rem aliquam et alter multũ lediturꝰ si eã rear. In tali enim casu iustũ preciũ erit si iustus estimator aspiciat nõ solũ ad rẽ q̃ venditur: hꝫ etiã ad damnũ q̃ venditor incurrit ex tali venditione: ⁊ ideo licite potest vẽdi res talis magis q̃ valeat. qz hꝫ ꝑm se minus valeat: non tamen minꝰ valet habenti. Si aũt ex ipsa re vendita multũ iuuet emptor et venditor ea carendo nõ damnificat tũc si eam supuenderet illicita vẽditio esset quia vtilitas que accrescat alteri non est ex venditione: hꝫ ex cõditione emẽtis. Nullus autem qõ suum non est alteri vendere dꝫ: hꝫ damnus qõ patitur vendere posset ille tamen qui multũ iuuaretur ex accepta re alterius potest aliquid sua sponte suprogare vendenti cũ hoc euidenter pertineat ad eius honestatem. Est etiam quandoq; mercatio indecens propter statũ: puta si clerici vel principes fiant mercatores. sicut dicitur Apocal. xviij. Mercatores tui erant principes terre. Secundo in auctoritate allegata describitur mercationuꝫ fructus: cum dicitur. et lucrum faciemus. et hoc est quod nõ finit mercatores. immo homines esse lapsos. Quesiuit enim Adrianus imperator a Secundo philosopho. q̃d est qõ nõ finit hoẽm esse lapsum: respondit lucrum. Sed nota q̃ mercator nõ lucraretur si non venderet rem emptam plus q̃ empta sit. Hoc autem sibi licet. vel quia in aliquo rem meliorauit: vel quia precium est meritum ꝑm diuersitatem loci vel temporis: vel propter periculũ cui se exposuit merces trãsferẽdo. vnde charius vendere potest. Chrysostomus tamẽ dicit super Matheum q̃ q̃ cũq; rem cõparat vt integrã et immutando vendendo lucret. iste est mercator q̃ de templo dei ejecit. Hꝫ hoc intelligit de mercatore q̃ vltimũ finẽ mercationis in lucro cõstituit. Qõ ꝑcipue apparet: qz vendendo plus rem in nullo mutatam: nõ videt premiũ sui laboris accipere. Potest aũt intendi lucrũ licite nõ sicut vltimus finis: sꝫ ꝓpter alium finẽ necessariũ vel honestũ. puta ad dom? sue sustentationẽ vel ad subuenendũ indigẽtibus vel ad publicam vtilitatem patrie: scs vt res necessarie ad vitaꝫ nõ deficiãt patrie ⁊ lucrũ expectat nõ q̃si finem sed velut stipendium laboris. Tertio describitur euẽtus intẽtus cũ additur ⁊ ignoratis quid sit vobis in crastinũ: siue quantũ ad personas: siue quantũ ad mercationes. Nam quantũ ad personas si hodie viuat cras põt mori: quantũ ad mercationẽ qui hodie est diues cras põt depauperari ⁊ perdere merces ⁊ lucrum: ⁊ tales euentꝰ futuri a nobis ignorant. qz nõ possumus eos cognoscere in se cuꝫ nõdũ sint: nec in suis causis q̃ se habẽt ad vtrũlibet nec sunt determinate ad vnum: ⁊ hꝫ sint isti effectus determinati in diuina prescientia: tamẽ ipsa occulta est nobis nisi inquãtum deus hoib? voluerit reuelare. Et ideo dicitur Prouer. xxvij. Ne glorieris in crastinum. ignorans quid superuẽtura pariat dies. Eccls. viij. Multa hominis afflictio quia ignorat preterita: ⁊ futura scs contingentia nullo potest scire nuncio. C

Tertio describitur bo

nus mercator defunctus a domicilio finali. quia in domo dñi. Notandũ q̃ domus dñi vocatur habitatio paradisi: in qua hꝫ non sit mercatio vel mercator: tamẽ ille q̃ fuit mercator si mercationẽ suam fine peccatis exercuit. et alꝫ bene vixit vel saltem si in fine bene penituit: illuc ad habitandum in perpetuum pergit post mortem corporis. Qualis autem sit illius domus habitatio. ꝑs. xxxiij. ostẽdit dicẽs. Beati q̃ habitant in domo tua. in scla se. laudabunt te. In q̃ quidẽ verbis celestis glorie mãsio quadruplicis ter cõmendat. Primo ex copiositate in eo q̃ dr beati. Beati enim dicũtur illius domꝰ habitatores: quia habẽt copiam ⁊ abundãtiam oim bonorum. Nam ꝑm Boetiũ. Beatitudo est status. oim bonoꝝ aggregatione perfectus. Et hãc beatitudinẽ habent qui habitãt in domo dñi. propter q̃ dicit ꝑs. xxxiij. Beatus quẽ elegisti ⁊ assumpsisti inhabitare tu. Scdo cõmendatur ex satietate

cũ subditur. qui habitãt in domo tua dñe. Nam et si auarus habeat abundantiã propter parcitatẽ non comedit nec accipit de rebꝰ quãtũ veller. vñ dr Eccls. vj. Uir cui dedit deꝰ diuitias ⁊ substantiã et honorez ⁊ nihil deest anime sue ex oibꝰ que desiderat: nec tribuit ei potestatẽ deꝰ vt comedat ex eo. sed hõ extraneus vorabit illud. Et ideo talis licẽs habeat bonoꝝ abundantiã: non habet tamen satietatem: sed in domo dñi celesti quilibet replebitur ⁊ satiabit. ꝑm illud ꝑs. lxiij. Replebimur i bonis domus tue. Tertio cõmẽdat er perpetuitate: qz in secula seculoꝝ. In his enim seculis notat perpetuitas laudis: q̃ est hoim beatoꝝ ⁊ etiam angelorum. Sed secula hominũ habẽt augmẽtũ successiuũ: qz iugiter ingrediunt homines celũ ⁊ addunt laudãtibꝰ. Et inceperũt secula hominũ ab ascensione xpi quãdo primo ingressi sunt hoies celũ. Sed angeloꝝ seculo inceperũt ab origine mũdi. Et boni angeli q̃ pmanserũt post q̃ beatificati sunt. semp oes simul fuerũt brẽ ⁊ laudantes deum. neutra tamẽ secula finientur. Uel dicũtur secula seculoꝝ. quia presentia secula que temporalia sunt. sunt figura seculorum sequentium. que scs sunt perpetua: qz cõtinua fit successio temporũ presentiũ. qz sicut sol mouetur ab oriente ⁊ iterum redit ad orientẽ: ⁊ iterato etiaꝫ facit eandẽ circulationẽ. ⁊ sic circulatio semper succedit circulationẽ ita ⁊ tempus tempori. puta dies diei. ⁊ annus anno. Talis inquã successio temporum que semper iteratur quedã ymbra est ꝑpetuitatis seculoꝝ sequentiũ. in quibus sancti semp laudant deum. qz ab initio seculoꝝ presentiũ semp angeli laudauerunt deum. ⁊ in perpetuus laudabũt ⁊ homines beati simul cum eis: ideo dicunt laudare ⁊ gaudere in scla scloꝝ. sicut etiã homines damnati simul cuꝫ diabolo dicunt torqueri in secula seculorũ in perpetuũ. ꝑm illud Apoc. xx. Diabolus q̃ seducebat eos missus est i stagnũ ignis ⁊c. Quarto cõmẽdat er iocunditate. quia laudabũt te. Et continuo interiori gaudio quod habebũt de deo ⁊ a deo. procedet exterior vor ꝓinua laudis ⁊ gratiarũ actionis. ꝑm illud Esaie. lj. Gaudiũ ⁊ letitia inueniet in ea. gratiarũ actio. et vor laudis. Gaudiũ. s. interi?. ⁊ letitia exterior. gr̃arũ actio ꝓ ereptione a malis. ⁊ vor laudis pro adeptis bonis. Ad que nos perducat ⁊c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ In funere alicuius artificis. Ser. xxxi.

Omnis artifex

o omnis ars non inuenietur in ea amplius. Apoc. xviij. Artes hominū sunt necessarie propter passibilitatē ꝛ corruptiones corporis. Sicut ars textoria necessaria est ad faciendum indumēta que ſcz protegunt corpus humanus ne patiat a frigore. Et ars piscatoria ꝛ cōgnaria est necessaria ad preparandus cibos: quibus passio famis repellitur ꝛ interior defectus: ꝛ corruptio phibetur. Et ars medicine necessaria est p̄ra passiones ꝛ corruptiones egritudinū. ꝛ sic de aliis. Vñ ꝛ Galen⁹ dic̄ q̄ si esset īmortale et impassibile corp⁹ nō indigeret arte cōseruāte ipm. Vnde est ergo q̄ in alia vita: que est impassibilis ꝛ incorruptibilis sicut in beatis: vel saltē incorruptibilis sicut in dānatis: nō habēt facere artifices neq; artes. Et ob hoc dicit in verbis p̄positis q̄ oīs artifex ꝛc. ¶ In quibus quidē verbis circa defunctos artifices considerare possumus tria.

Primo laudis p̄conīū. ſ. in artifice vel arte: cum dr. omnis artifex ꝛc.

Scō mortis exterminū: ꝑpter qō nō inuenietur amplius.

Tertio operis premium: quia in ea.

Circa primum nota

q̄ differētia est inter opus morale ꝛ opus artificiale. Nam opus morale non potest hō facere bonū niſi bonus. Et ratio est: q⁹ ex eadē causa procedit q̄ homo sit bonus ꝛ q̄ faciat opus moraliter bonū. ſ. ex ſtute. Et ideo philosophus dicit q̄ virtus est que bonū facit habētes ꝛ opus eius bonū reddit. Figura huius habetur .Matth. vij. vbi dicitur q̄ bona arbor fructus bonos facit: ꝛ nō potest mala arbor bonos fructus facere. Sed opus artis potest facere bonū etiam qui non est bonus. Vnde enim philosophus adnumeret artē inter virtutes intellectuales: nō non dicitur esse virtus: q⁹ faciat hominē bonū sicut facit virtus moralis: sed solum quia facit facultatem operandi. sed virtus moralis vtiq; facit. Et hinc est q̄ in artifice nō attēdim⁹ ad bonitatem hominis: sed solum ad bonitatē operis: ꝛ de hac laudatur artifex. vnde dicit. Eccl'ci. ix. In manu artificus opera laudabuntur. In quibus quidē verbis artificus conditio notificatur ex quattuor.

Primo ex instrumēto naturali: quia in manu.

Secūdo ex habitu ſtellectuali quia est ars a qua denominātur artifices. vñ dicit artificum.

Tertio ex affectu artificiali: cū additur opera ſcz artis.

Quarto ex fructu honorabili: q⁹ laudabūtur. reputat enī sibi artifex ad fructū et honorem q̄ eius opera laudentur.

Circa primum attendendum est q̄ manus est naturale instrumētum ꝛ cōiunctus quo artifices operantur. Cant. vij. Sicut monilia q̄ fabricata sunt manu artificis. Vbi per monialia intelliguntur virtutes siue habitus virtutus que tunc manu fabricamus quando virtutum opera facimus. quia habitus virtutus moralium. ſm philosophum ex actibus acquiruntur: q⁹ frequenter agendo iusta efficamur iusti: ꝛ sic de aliis virtutibus. Notandus est etiam q̄ in ipsa distinctione manus ostēditur que virtutum opera facere debeamus. Est enī man⁹ hominis per quinq; digitos distincta. Quorum primus qui est grossior vocatur poller: er eo q̄ inter ceteros ſtute pl⁹ polleat. Vnde in hoc digito designatur iusticia: eo q̄ inter virtutes morales plus polleat. Vnde philosophus dicit. v. ethicorum q̄ iusticia est preclarissima virtutū et neq; lucifer neq; hesper⁹ est ita clarus. Vnde etiam Auicenna in tertio libro me dicine sue dicit q̄ iste digit⁹ ſcz poller est iusticia omniū digitorum: quia ſcz omnes alij digiti cum ei applicātur ad quandam equalitatē reducunt. Ille ergo habz pollicez manus qui iusta operatur. Iste digit⁹ ſm constantinū ex tribus ossibus compon⁹ nitur: que referuntur ad triplicem iusticiā ſcz distributiuam que competit dispēsatoribus: vindicatiuā que competit correctoribus: ꝛ comitatiuam que competit mercatoribus. Scōs digitus vocatur index: quia per ipsum rer indicam⁹ ꝛ demonstramus. ꝛ hoc pertinet ad prudentiam que nobis que agēda sunt demonstrat ꝛ ordinat. Et tres partes huius digiti significant tres partes prudētie: que sunt memoria respectu preteritorum: intelligētia respectu presentiū: ꝛ prouidentia respectu futurorum. Tertius digitus qui est medius: dicit impudicus: eo q̄ dum manus aliquid turpe tangit hic digitus cum sit maior ceteris illud prius attingit. Vñ signat temperantiam que impudicitiam ꝛ voluptatem carnis tangit reprimendo ꝛ moderando. Et tres partes huius digiti significant triplicem temperātiam: quarum vna est in abstinentia ciborum: ſcōa sobrietas potationum: tertia continentia venereorum. Quartus digitus vocatur anularis: quia in ipo anulus defertur. Sicut autem est anulus in digito: ita est in opere fortitudo que necessaria est precipue in continuando ꝛ psēuerādo. est enim anulus sicut corona digiti. quia sola perseuerātia coronat. Et tres partes huius digiti significant triplicem fortitudinem. Una est in aggrediendo qō pertinet ad fiduciam. alia in sustinēdo qō pertinet ad patientiam. ꝛ tertia in cōsummando quod pertinet ad perseuerantiam. Quintus digitus dicitur auricularis. eo q̄ cum ipso aures scalpimus. ꝛ hic significat obedientiam. quia scriptum est in ps. xvij. In auditu auris obediuit mihi. Et tres partes huius digiti signficāt q̄ obedientia est homini tripliciter necessaria. Primo respectu dei. ſcz vt homo obediat diuine voluntati. Secundo respectu prioris. ſcz vt obediat superiori potestati. Tertio vt obediat propie rationi. ſcz vt sit sensualitas subiecta rationi. De istis ergo digitis man⁹ dicitur Danielis. v. Apparuerunt digiti quasi manus hominis ꝛc.

¶ Scōo describitur cōditio artificum ex habitu intellectuali qui est ars. qui ob arte qui est habitus intellectualis denotant. artifices. ꝛ ideo dr artificū. Sed quia artifices possunt et dñ ꝛ malevti arte sua: notandum q̄ quidem sunt artifices diaboli. Diabolus em̄ fallax et mēdax est. Joh. viij. Mendax est et pater eius. ſ. mendacij. Vnde q̄cūq; faciūt artē suā cū falsitate et mendacijs sunt de arte diaboli. Nam quidā artifices sunt qui interdum faciūt opera sua falsificata. sicut illi qui faciunt aurum vel argentum alchimicum et vendūt ipm pro vero. vel sicut speciarij qui ponūt in confectionib⁹ vel syrupis mel vel puluerem zucchari pro bono zuccaro. Et simile est de quocunq; artifice falsificante opera sua. sicut quidam falsificant crocum et quicunq; alij sint qui faciunt vt vēdant res falsas p veris. Isti similes sunt artificibus illis qui faciebant deo falsos. ſ. idola pro veris dijs. Osee. xiij. Fecerunt sibi conflatile de argento suo quasi similitudinem idolorum factura artificum totum est. Ad hoc peccatum idolatrie reducuntur artes magorū et necromanticorum. quia etiam sunt artes diaboli: quib⁹ deus maxime irritatur ad vindictam. Vnde de manasse dicitur. ij. Paral'. xxxiij. cap̄. q̄ observabat somnia. secta batur auguria. maleficijs artibus inseruebat. Habebat secum magos ꝛ iccantatores multaq; mala operatus est coram domino vt irritaret eum. Sunt etiam de arte diaboli artifices mendaces qui non seruant pacta que promittunt. et ideo infideliter agunt. ps. lxxvij. Auerterunt se et non seruauerunt pactum ꝛc. Item diabolus quicquid facit cum peccato facit. Et sic quidam artifices nesciunt quasi de arte aliquid facere vel vēdere sine peccato: dicēdo mēdacia: vel vendendo rem pluris q̄ valeat. vl vendendo rem falsam ꝛ vitiosam pro bona: ꝛ non manifestando vitium occultum vel si sit vitium damnabile vel damnosum vel periculosum: tenetur de damno vel periculo vel si non sit vitium periculosus nec dicunt vitium quod est in re nec diminuunt de precio. Unde omnes tales diabolus tollet ꝛ portabit in infernum nisi cōrexerint se. Hoc figuratū est. iij. Regum. xxiij. vbi habetur q̄ rex babylonis. idest diabolus transtulit in captiuitatem scilz peccati et in infernum omnem artificem ſcz qui cum predictis peccatis facit artem suam. Quidam vō sunt artifices dei sicut illi qui pure ꝛ fideliter faciunt artem suaz ꝛ de arte sua ꝛ lucro faciunt etiam elemosynas. nec propter occupationem artis dimittunt spiritualia bona que facere tenentur. Et de tali potest dici illud Sapientie xiij. Arte sua plus est diligenter. Tertio describitur in auctoritate allegata conditio artificum ex effectu artificiali in eo qō dicit opera. Artifex enim qui nihil operatur nihil lucratur. Prouerbiorum. x. Egestatez operata est manus remissa. Sic etiā in quo non facit opera virtutum non meretur. ꝛ ideo dicitur Ecclesiastici vlti. Operamini opus vestrū ante tēpus. ꝛ dabit vobis mercedem vestram in tempore suo. Et dicit ante tempus. ſ. mortis. quia post non est tps opandi. sed recipiēdi. Et ideo cōsulit sapiēs Eccl'ci. ix. Quodcūq; facere pōt

manus tua instāter opare: quia nec opus nec ratio nec sapiētia nec scientia erūt apud inferos quo tu properas. Quarto describitur ex fructu honorabili: cum additur. laudabuntur. Ubi aueretēdum est ꝙ opera artificum non debent laudari nisi primo bene videantur ⁊ inspiciant. Unde si essent in tenebris ita ꝙ non posset videri illud quod melius et preciosius est in eis. non deberēt laudari. Est sic est etiam de operibus mortalibus: quia modo fiunt ita in tenebris ꝙ non apparet id qō melius et principalius est in eis scz intētio a qua sequēs opus denominatur sicut sanitas infirmi est illud qō primo intenditur a medico: ⁊ ꝓpter hunc finem adhibet medicamina sanativa. sed vnūquodq; denominatur a fine sicut dicit pbs. vñ cuius finis bonus est ipm quoq; bonū est. Quia igitur intētio est de fine. ideo ab intētione ipius finis opus denominatur. Et propter ea Grego. dicit ꝙ si prava est intentio que precedit. puersum est omne opus qō sequitur etiā si rectū esse videatur. Quia igitur licz opus videat intētio tñ nō videtur. nec possunt opera hoīs in vita ista bene laudari. ſz apparēte claritate diuini iudicij illuminabūtur abscōdita tenebrarū ⁊ manifestabūtur cōsilia cordiū ⁊ tūc laus erit vnicuiq; a deo. Proue. vltimo. Laudent eas in portis opa eius. Ve porte sunt duo iudicia hoīm. vnū particulare qō fit in morte. ⁊ aliud generale post resurrectionē generalez in fine mūdi. In q̄bus er ipse operibus factis apparebit qō sit laudabilis vel nō. Sed primum est deo manifestum nobis autē occultū. sed scōm erit omnibus patulum. E

Secundo in themate

ponitur mortis exterminiū. quia nō inuenietur amplius. Manifestum est em ꝙ iste duz viueret frequēter de arte sua reḡrebatur. sed nūc postq; est per mortē sublatus. nullus requiret eum amplius ⁊ si requireret non inueniret. vnde dicere posset illud p̄s. xxxvj. Quesiui eum ⁊ non est inuentus locus eius. In quibus quidem verbis describūtur duo.

Primo hominis viui consideratio. cum dicitur. quesiui eum scz mentis consideratione.

Scōo hois defuncti subtractio. qz non est inuentus locus eius.

Circa primū notandū ꝙ multū deberet homo viuens querere ⁊ mente considerare de amico defuncto vel cōsanguineo vbi sit quia si sciret ꝙ esset in celo deberet sibi cōgratulationem. quia est extra omnē miseriam ⁊ est in abūdantia omnis boni. Et de quibusdā est certum ꝙ sunt ibi sicut de pueris decedētibus post baptismū q̄ sine macula sunt ante thronū dei. Unde de talium morte non deberet homo lugere sed potius gaudere. De quibusdam hō probabile est ꝙ ibi sint sicut illi quoz morte bona vita p̄cessit. quia sicut dicit augustinus Mala mors putanda nō est. quā bona vita precessit. Itē sicut illi qui de suis peccatis plenam ⁊ veram penitentiam ostenderunt. vnde dominus dixit. Penitentiā agite appropinquabit enim regnum celorum. Si hō esset in inferno: tūc deberet desistere eius concipere magnū horroꝛē ⁊ prosequi magnū timoꝛē: ne scz ipe sic vadat ad tārtarū penā: que talis ac tanta est ꝙ hic estimari nō possit. Et de quibusdam certū est ꝙ ibi sint sicut infideles qui sine fide moriūtur: quia qui non credit iam iudicatus est. Et sicut hi qui moriunt hereticī vel impenitētes ⁊ desperati vt qui occidunt seipos. Si autem sint in purgatorio: sicut cōmuniter accidit de his qui moriuntur etiam penitentes: quia raro penitentia tanto est ꝙ statim faciat ad celum euolare: quia si penitētia nō est perfecta in vita ista: tūc oportet ꝙ compleatur in purgatorio: pena et de tali defuncto debet habere compassionem: qz pena cuiuscunq; in purgatorio existentis tārta est ꝙ nulla pena huius vite potest ei comparari: sicut Augustinus dicit. et ideo debet eum iuuare cum elemosynis et missis et aliis suffragiis. Et isto modo debent querere de consanguineo vel amico suo defuncto vt possit dicere illud Canticoꝝ. iij. Quesiui quem diligit anima mea. Secūdo ponitur in auctoritate adducta hominis defuncti subtractio: quia non est inuentus amplius locus eius: scz in mundo isto. Quod est error illoꝝ qui dixerunt ꝙ post

magnum annū: qui erit ſm quosdam errātes post complerum circulū celi stellati. ſ. post triginta ter milia annorum ab initio mūdi: tunc fiet reiteratio hoīm: quia redibunt idem homines ad eosdem artes: ita ꝙ adhuc plato leget athenis. Sed contra hoc est auctoritas scripture diuine q̄ dicit. ij. Regum. xiij. Omnes morimur ⁊ quasi aque dilabimur in terram que nō reuertūtur. Unde ſm veritatem fidei catholice: q̄ defuncti sunt nūq; reuersuri sunt ad hanc vitam mortalez. Gap̄. ij. Non est agnitus qui sit recursus ab inferis. et paulopost. Non est reuersio finis nostri. Et hoc verus est ſm cōmunē legem: ſz de speciali gra ⁊ diuino miraculo aliqui resuscitati fuerint a tpo vel ab antiquis prophetis. vt ab helia ⁊ heliseo. vt patet de lazaro ⁊ aliis. sed priuilegium particulare non facit legem cōem. ⁊ ſz omīs defuncti sint resurrecturi: nō tamen ad vitam mortalem: sed cuz immortalitate. Et qz Diony. dicit ꝙ hoc fuit angelis casus qō est hoīb⁹ mors. ideo sicut dr de angelis cadentib⁹ Apoc. xij. ꝙ locus eorum non est inuentus amplius in celo ita dici potest de morientib⁹ ꝙ locus eoꝝ nō est inuent⁹ amplius in mundo. Et quo sequitur ꝙ nunq; amplius perfruent nec mundi diuitijs nec delitijs: nec eius honoribus potientur. D

Tertio ponitur in theo

mate assumpto premiū operis: cū dicit. in eo. Ubi nota ꝙ dupler ē locus retributionis defunctoꝝ hoīm. ſ. locus inferni qui figuratus est in ciuitate babylonica et ibi est retributio maloꝝ in duplici pena scz dāni de amissione glorie. ⁊ etiam sensus et ardore gehēne. Propter penam ergo sensus audientur ibi clamores luctꝰ et tristicie. Sed ꝓpter penam dāni deficient ibi voces laudis et leticie. Et hoc figurate dicit Apoca. xviij. vbi metaphorice loquit de pena damnatoꝝ sub figura ciuitatis babylonice dicens. Clamauerunt flentes ⁊ ingentes. Ve ve ciuitas illa magna. et dicit bis vel ꝓpter duplicem penaz predictam. Et post subdit infra. Hoc impetu mittetur babylon ciuitas illa magna et vltra nō inuenietf. Et vor citharedoꝝ et musicorum ⁊ tybia canentiū. et tuba nō audietur i ea. Ex locus retributionis iustorum est locus paradisi q̄ figuratus est in ciuitate. ſ. hierusalē. de qua econtrario dicitur Esa. lſ. Gaudiū et leticia inuenietur in ea. gratiarum actio: et vor laudis Gaudiū. ſ. ab interiori de alte beatitudine: leticia de exteriori corpis glif catione. gratiarum actio pro ereptione a malis. et vor laudis pro repletione in bonis. ps. cxj. Qui redimit de interitu vitam tuam: q̄ coronat te in mia et miserationibus. Et hec est corona eterne glorie. Ad quam nos ꝛc.

¶ In funere alicuius iuuenis. Ser. xxxij.

Emento creato

m ris tui in die iuuētutis tue anteqū veniat tēpus afflictionis. Eccls. xiij. Cuz hō a deo habeat aiam ⁊ corp⁹ et exteriora bona. ſ. tpalia: In his q̄dē que ad aiam pertinēt dicit Seneca ꝙ nihil est dignius memoria. Inter cuncta inquit humana nature cōmoda: nihil dignius memoria reperitur. Nam in aia nobilissima pars est intellectus siue rō: memoria autez non quidē sensitiua qua habemus cōmunē cū brutis: sez intellectus q̄ eadē potētia est cū intellectu ⁊ rōne. Sed dicit ratio vt est inquisitiua. intellectus vt est apprehensiua: sed memoria vt est retentiua. Et qz retinere maioris virtutis videt esse ꝙ inquirere vel apphendere: iō memoria dr esse dignissima quid in aia. Sed in his q̄ spectant ad corpus nihil est charius vita: ⁊ pcipue qñ est magis florida vt in etate iuuenili. Sed i exteriorib⁹ pcipue appetit ꝓspera fortuna. Dortat ergo nos Salomon in auctoritate ꝓposita vt oia ista tria cuz assint nob in illū referre studeamus a quo ipa percepimus. scz in nostrū creatorē: dicēs vnicuiq; iuueni. Memento creatoris ꝛc. E In quibus quidem verbis tria facit.

Quia primo ostendit ꝙ debem⁹ referre in deum nostram memoriam: cum dr. Memento creatoris tui.

Scōo nostrā iuuenilē vitā: cū subditur in die iuuentutis tue.

Tertio ꝓsperaz fortunā: cū subinfert. anteqū veniat ꝛc. i. dū es in prosperitate.

Dortatur ergo nos pri

mo ad memoriā creatoris nr̄i: quia nihil ē cui⁹ homo ita faciliter obliuiscat. Et causa potest esse ⁊ pōt hoc cōtingere ex tribus ne. Dicit em Sene. ꝙ memoria beneficiorū. ſ. receptoꝝ labilis est. Dō enim benefi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciorum que dedit magis recordatur: q̄ eorum que recepit. Et ratio est quia homo inter cetera aialia est maioris elationis animi. et ideo in illud quod est excellentius ⁊ honorabilius magis et libentius tendit. q̄ illud quod est despectibilius a quo libenter auertitur. Cum igitur beneficium dare sit agere: recipere autem sit pati ⁊ agere sit nobilius q̄ pati. et pati sit despectibilius ideo magis habet homo animū ad beneficia data q̄ ad recepta: et ideo magis recordatur eorū. Unde dñs noster ait. vt dicitur Actū. xx. q̄ beatius est magis dare q̄ accipere. Quia igit creator oīm se habet ad nos solum rōne benefactoris et nō beneficiati: q; bonorū nostrorū non indiget. vt ꝺr in ps. xv. ideo humana anima tanq̄ elatus et indignatiuus faciliter auertitur ab eo et obliuiscitur ei⁹. Unde dicit Deut. xxij. Deū qui te genuit dereliquisti: ⁊ oblitus es domini creatoris tui. Sed posset aliquis dicere q̄ hoc non p̄cedit ex vitio elatiōis: ꝯ ex virtute magnanimitatis. q; ꝑm philosophum in. iiij. ethicorū. Una proprietas magnanimi est q̄ nō est memor beneficiorum⁹: ⁊ sic oblīisci benefactiōis vel būficij: non est ex elatione: ꝯ ex magnanimitate. Sed intelligendū est q̄ p̄bs dicit magnanimus non esse memorē beneficiorum quantum ad hoc q̄ nō est sibi delectabile q̄ būficia recipiat: nō aūt quātū ad hoc q̄ būfactori sit ingratus: q̄m maiora sibi recōpēsare studet. qō pertinet ad perfectionez gratitudinis: in cui⁹ actu vult, superexcellere. Sed circa deū creatorē qui est prima causa oīm bonorū ist ud nō hz locū: q; tāto quis est excellētior ex virtuosior: quāto pl⁹ recipit ꝺe influētia sue bonitatis ⁊ potestatis ⁊ sapiētie siue ⁊utis: que tria includūtur in noīe creatoris. Implicat em̄ diuinā prātē: q; solius dei est creare vt dicit Aug. v. de trini. cap. xiij. Item implicat diuinā bonitatem q; em̄ bon⁹ ideo creauit rer. vt ait Augu. ij. de ciuitate dei. Itē implicat sapiētie veritatē: q; oīa in sapientia fecisti ait prophe ta. Et quo ergo hō accipit a deo totū suus esse ⁊ ingenium siue nobile esse: q; creatura rationalis. ⁊ accepit bonū esse siue gratiā tū: ⁊ accepturus est si pseuerauerit i bono beatū esse: merito debet habere deū in memoria alioq̄n si oblit⁹ fueris eris ingratus: ⁊ ex ingratitudine mereberis vt tibi gratia subtrahat. Et ecōtrario: memoria būficiorum dei faciet, te apparere gratum. et ipsa gratitudo ampliores impetrabit gratiam. Figura huius habetur Tobie. ſ. Oīs memor fuit dei in toto corde suo. dedit ei deus gratiam. In quibus quidem verbis ostenditur q̄ Tobias memoriam suam referebat in deum.

Primo quidem actualiter, quia memor fuit dei.

Scō integraliter. q; in toto corde suo.

Tertio vtiliter. q; dedit ei deus grām.

Circa primū notandū q̄ illud qō facit hoīez esse memorē dei est amor charitatis sed qō maxime facit ime memorē est amor cupiditatis. Nā eoz ad que magis afficimur: magis recordamur ⁊ min⁹ obliuiscimur. Unde p̄bs in libro de memoria ⁊ reminiscentia ponit. q̄ vnū de adiuuātib⁹ memoriaz est vt hō affectū adhibeat ad ea q̄ discit. et ideo obliuio dei p̄cipue causat ex modico affectu ad ipm. eo aūt min⁹ homo afficit ad deū quo magis afficit ⁊ cupidus est ad mundū. Propterea ꝺr. ſ. Joha. ij. q̄ q̄ diligit mundū non est charitas p̄tis in eo. Et Jac. iiij. Qui voluerit esse amicus huius seculi, inimicus dei ꝓstituit. Unde Aug. dicit q̄ venenū charitatis ē cupiditas. q̄ rolendo amorē dei tollit memoriā dei. Amor aūt charitatis facit hoīem dei recordari. ⁊ in ipamet dei memoria delectari. sicut hō cōsueuit delectari in recordatiōe rei amate. Unde ps. lxxvj. ait. Memor fui dei ⁊ delectatus sum. Et aliq̄n p̄ abundātia delectationis interioris ꝓrumpūt sancti viri exterī⁹ in vocem diuine laudis. sicut vinū q̄n bullit in vase aliq̄n eruptat exterius. ps. cxiij. Memoriā abūdante sua. tue eructa. Est ei memoria dei vt vinū faciēs feruere eos purū: unde Osee. xiij. Memoriale eius sicut vinū libani. Libanus em̄ interpretatur candidatio ꝓpter cādorē nimiū qui erat in monte libani. vnde significat candorem. i. puritatem cordis. Unde vinum libani est amor cordis puri qō feruere ⁊ eruptare facit memoriā dei. Scō ostendit in auctoritate adducta q̄ habebat memoriā dei integraliter. q; ī toto corde. Ubi notandū q̄ aliq̄n vocat cor intentio mentis. vnde de hypocritis. qui ea que faciūt nō faciunt recta intentione quia non ꝓpter deum sed ꝓpter laudē mūdi: ꝺr in ps. lxxvj. Generatio q̄ nō direxit cor suum. Qui ergo sic est memor deq̄ omnē intentionē suam dirigat in deum

sse dicit memor esse dei in toto corde suo ⁊ tales hominem trahit ad se. ideſt ad suā gratiam ⁊ ad suā gloriā. Job. xxxiij. Si direxeris ad deum cor tuum: ⁊ porrexeris ad eum manus tuas. Jn toto corde meo exquisiui te. Tertio ostēditur de Tobia q̄ habebat memoriam dei vtiliter: q; ex hoc dedit ei deus gratiam. Et ratio est: quia memoria dei quādoq̄ humiliat hominez maxime quādo iudicia eius ad memoriam reducit: sicut faciebat ps. cxviij. q̄ dicebat. Memor fui iudiciorum. humilitas autem ad gratiam disponit sicut inclinatio vasis ad hauriendum aquas. Unde Jacobi. iiij. Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. B

Secundo in themate

assumpto ostenditur q̄ debemus referre in deum nostrum iuuenilem vitam. cum dicit. in diebus iuuentutis tue. Ubi aduertendum est precipue in etate iuuenili necessarium est habere memoriam dei. Et ratio est dupler. Primo quia in iuuentute est homo de viuendo magis presumptuosus. Scōm enim p̄m in. ij. lib. rhetoricorum: hec est vna differentia inter iuuenes ⁊ senes: quia senes sunt difficilis spei; q; de pluribus parū vel male sperāt. Qō cōtingit eis ꝓpter tria. Pmo ꝓpter experientiā experti sunt em̄ q̄ plura eoz q̄ fiunt mala sunt. nā multa eueniūt in deterius. ꝓpter qō senes oia referūt i peiorē partē ⁊ de facili credūt. Scō ꝓtingit ꝓpter timiditatē: sunt enim formidolosi: q; sunt frigidi ⁊ deficiūt in natura: ⁊ timor est quedā infrigidatio. Sed sicut audacia facit sperare: sic timiditas desperare. Tertio ꝓtingit: q; seneo magis viuūt memorie q̄ spei: nā ex reliquū vite eoz est modicū: q; modicū habent viuere: qō aūt est preteritū est multū quia multū vixerūt. Cū ergo spes sit futuri, memoria hō preteritoz: senes modicum sperāt ⁊ multū memorātur. Juuenes aūt ecōtrario vt dicit p̄bs de facili sperāt: quia ꝑm plurima viuūt spei: cū em̄ memoria vt dictū est sit preteriti: ⁊ spes futuri: iuuenibus aūt futurū sit multū: quia ꝑm ordinē eōem nature multū debēt viuere: preteritū aūt est breue: quia modicū vixerūt: ideo iuuenes modicū viuūt memorie: q; modicū habent de vita in preterito: spei autez: q; multū sperant se debere viuere ⁊ multa se facturos. Et ꝓpter spez presumūt de mia dei ⁊ inuoluunt se in peccatis ⁊ obliuiscūtur dei. Sed in tali spe frequenter frustrātur: quia credentes se diu viuere quādoq̄ citius moriuntur siue morte violenta. ꝑm illud Viere. xſ. Juuenes morientur in gladio siue morte naturali: ꝯz aliqua infirmitate ꝑm illud Esa. xl. Deficient pueri ⁊ laborabunt: ⁊ iuuenes in infirmitate cadent. Ne cessaria est ergo eis memoria dei: que suo timore refrenat eoz p̄sumptionē: q; etiā si multis annis deberēt viuere: finaliter tñ oportebit eos venire ad eius iudiciū ⁊ tunc cogētur cognoscere q̄ vana fuerit eoz vita ⁊ spes. Et ideo ꝺr Eccl⁹. xſ. Et si annis multis vixerit hō ⁊ in his omnibus letus fuerit. meminisse debet tenebrosi tēporis. ſcz mortis vel iudicij: ⁊ dierū multoz. ſ. post iudiciū vel mortē. quia erūt dies eternitatis. qui cū venerint vanitatis arguent preterita. Letare ergo iuuenis in adolescētia tua. ideſt si letatus fueris et in bono. ſ. qō tibi placeat. sit cor tuū in diebus iuuētutis tue ⁊ ambula. i. si ambulaueris. in vijs cordis tui. i. in voluptatibus cordis. ⁊ in intuitu oculoz tuoz. i. delectādo ī visibilibus. et hoc in exteriori hoīe. scito q̄ pro omnibus hīs adducet te deus ad iudiciū. Scōa ratio quare p̄cipue i iuuētute est necessaria memoria dei est. quia iuuentus reddit hominem magis pronū ad peccandū. Unde necessaria est iuuenib⁹ memoria dei que suo timore a peccatis refrener. vnde Tobias monebat filiū suū iuuenem dicēs. Omnibus diebus vite tue in mente habeto deū ⁊ cave ne aliquādo peccato ꝯsentias. Tobie. iiij. Causa autē quare iuuenes magis sunt pronī ad peccata est. q; fortius impugnantur. Unde ex plena iuuenis fortio ꝺr in ps. cxviij. Sepe expugnauerūt me a iuuētute mea. etenim nō potuerūt mihi. Jn q̄bus verbis primo describit pugna. quia sepe expugnauerūt ⁊c. Scō victoria. et nō potuerūt mihi. Pugne aūt difficultas ostenditur ex tribus.

Primo ex tentationū frequētia. q; sepe

Scō ex tentationuz violentia. quia expugnauerunt.

Tertio ex etatis inexperientia. quia a iuuentute mea.

Circa primū notādū q̄ diabolus videns iuuenes esse pronos ad diuersas ⁊ plures passiones vt ad ꝓcupiscētiā ciboz ⁊ venereo

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum ⁊ ludorum ⁊ iras et huiusmodi: ideo
sepe tentat eos: modo de vna passione mo
do de alia ⁊ ideo sepe facit eos cadere mo
do in peccatū luxurie: modo in peccatum
gule modo in peccatuꝫ ire: ⁊ sic in diuersa
peccata. Figura huius habetur Mat. xvij
in illo demoniaco de quo dicitur ibi. Ma
le patitur. nam sepe cadit in ignē ⁊ crebro
in aquam. Et Marci. ix. ōr. de eodem ꝙ ac
cidit ei ab infantia: ⁊ frequēter eū in ignē
⁊ in aquam misit scs̄ spūs malus vt eum p
deret. Per ignem intelliguntur passiones
irascibilis: p aquā passiones ꝓcupiscibilis
ad quas iuuenes ꝓni sunt. Scō pugna
quas impugnātur iuuenes hȝ difficultates
er impugnātiū hostiū violentia: que nota
tur: cū ōr expugnauerunt. Ubi nota ꝙ de
mones obsident ⁊ expugnāt aīam cū exer
citu vitioꝝ in quo exercitu superbia quasi
vexillū portat. ps. cxviij. Posuerunt signa
sua signa. Brego. Euidētissimū signum re
proboꝝ est suphia: ⁊ electorum humilitas.
Quā cū quisq̄ hȝ in se apte cognoscit sub
cui⁹ potestate seruiat rectoꝝ. Iuuidia sa
gittas trahit detrahēdo alijs. Viere. ix. Ex
tenderūt linguā suam quasi arcū mēdacij
⁊ non veritatis. ⁊ post. Lingua eoꝝ dolum
